image
not
available

Digitized by Google

Google

Google

5.9.524

Digitized by Google

Digitized by Google

ΠΟΛΥΒΙΟΥ

ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΑΝΟΥ

Πολεμικὰ Ῥωμαίων Ἐπιτηδεύματα;

POLYBII

MEGALOPOLITANI

De

MILITIA ROMANA

LIBELLUS

Verſione Latina,

Commentatione perpetua & Iconibus illuſtratus; nec non Indice Rerum & Dictionum Latino, & Syllabo Vocabulorum Græcorum locupletatus:

ſtudio & opera

IOHANNIS GEORGII POESCHELII,

Ill. Gymnaſii Heilsbronnenſis

CON-RECTORIS.



NORIMBERGÆ,

Sumptibus & typis FELSECKERIANIS, 1731.

Corrigenda.

In præf. pag. 8. l. 8. auſpicium. Ibid. pag. 11. lin. 24. codicillis. In comment. pag. 10. l. 28. orti. pag. 21. l. 3. ad XLVI. pag. ead. l. 22. usque ad annum. DLXXXV. pag. 56. l. 14. Nero cenſores) ut quantum numero militum, quantum pecunia valerent, in publicis tabulis monumenta extarent. pag. 77. l. 15. unus man. 120. Principum, unus man. pag. 89. l. 5, Anguſticlavii. pag. 126. l. 27. diſtracta, ſolveretur. Pag. 132. l. 14. θώρηκας. Pag. 145. l. 25. XXVIII. pag. 146. l. 8. poſt peltam lege i. e. pag. 156. l. 16. vela. pag. 161. l. 21. tubo. pag. 168. l. 1. conſultationem. pag. 173. l. 14. duplicia. pag. 175. l. 22. fixuri. pag. 178. l. 34. dele, aut dimenſio. pag. 179. l. 15. ὑπαρχόντων. Pag. 182. l. 25. 26. dele, verum etiam in agmine & aliis adminiſtrationibus. Pag. 185. l. 3. porta. Pag. 194. l. 7. interſeratur. Pag. 206. l. 19. dele, vid. Fig. Pag. 210. l. 15. τῦ, pag. 226. l. 16. equitum. Pag. 229. l. 20. poſt χιλιάρχοις inſere, οἱ δὲ χιλίαρχοι τοῖς ἱππεῦσι καὶ ταξιάρχοις. Pag. 232. l. 17. reddunt. Pag. 233. l. 16, σύνεγγυς. Pag. 244. l. 12. poſt Tribunus inſere, qui ideo ſcripſit. Sed dicis: cur quotam etiam ſcripſit Tribunus? Pag. 247. l. 11. Φυλακήν. Pag. 255. l. 2. ζημιωθείς.

* Pag.

Pag. 269. l. 6. Phiala. Pag. 270. l. 27. ἑ-κόντες. Pag. 285. l. 22. vilem. Pag. ead: l. 32. certam. Pag. 296. l. 22. ollam. Pag. 302. l. 12. hoſtis. Pag. 304. l. 2. ut Pag. 333. l. 2. dele Fig. Pag. 335. l. 28. excepit. pag. 337. l. 14. Et. Pag. 339. l. 14. faſtigio. Pag. 341. l. 2. proponendum. Pag. ead. l. ead. dele, tempore. Pag. 342. l. 5. Apollo. In Ind. pag. 1 Cuneus. Pag. 6. Cibis coctis. Pag. 7. l. 2. Sociorum.

PRÆFATIO.

LECTOR BENEVOLE.

Ui animum ad ſcribendi ſtudium applicant, varias adferunt inſtituti ſui rationes: alii, qui tenuitatis ſuæ conſcii ſunt, ſe vel neceſſitate

vel officio impulſos, ſcribendi munus ſuſcepiſſe dicunt; alii, ſe ſive amicorum precibus, ſive Superiorum juſſu, quorum apud ſe plurimum valeat auctoritas, adductos, hanc provinciam non tam appetiviſſe, quam detrectare non potuiſſe, affirmant; alii ad aliam confugiunt excuſationem, cum plerique fortaſſe ingenii & doctrinæ laudem ſibi præter ceteros appetant, & viris nomine & fama eminentibus aliquam innoteſcendi cupiditatem habeant. Huc faciunt, quæ Grotius ad Scriverium ſcripſit, cum ipſi auctores de re militari mitteret: *quo rependam, non habeo, ex quo tandem reſipiſcere cœpi ab ea inſania quæ mihi cum aliis nonnullis communis fuit, ut cæca quadam innoteſcendi libidine nihil niſi infamiam meam publicarem, daremque ea mundo ſpectanda, quæ nunc ne ſolus quidem apud me ſine magno pudore & acri doloris ſenſu conſpicio. Tu vero (dicam, non ut blandiar, ſed ut raram animi fortitudinem, quam ſi poſſim, imitari velim; ſane quod poſſum, probem atque commendem) in annos non doctrinæ* *tan-*

tantum, ſed & ſapientiæ capaces, tibi te & publico ſervaſti; & quo nullum maturæ mentis certius eſſe ſignum poteſt, auſus es ita utilitati aliorum ſtudere, ut adpareret priorem tibi hujus eſſe, quam gloriæ tuæ, rationem. Quod ad me attinet, me ab illis alienum eſſe profiteor, qui levi ſcripturæ genere gratiam aliorum ambitioſe adfectant, aut inanem famam aucupari & omnes umbras etiam falſæ gloriæ conſectari agitant. Sed cujus rei cauſſa hunc LIBELLVM SCHOLASTICUM publici juris fecerim, jam ingenue exponam.

Poſtquam mihi publice munus illud aſſignatum eſt, ut iter pubi ſcholaſticæ ad ea ſtudia præirem, quibus imbuta, Eccleſiæ aliquando & Reipublicæ uſum adferre poſſit, toto pectore omnique animi contentione id egi, ut Spartam meam ornarem, & eorum, qui ſe in diſciplinam mihi dederant, ſtudiis optime conſulerem. Propterea cum mihi quotidie explicandi eſſent Scriptores Romani, variis artibus & ſcientiis exculti, undique ea congeſſi, quæ ad mentem Auctoris recte

percipiendam & illuſtrandam conducerent; in primis dedi operam, ut, quæ inciderent, loca obſcuritatibus involuta, quæ intelligentiam ſuam ex *Græca & Romana Antiquitate* repetunt, adoleſcentibus plana redderentur & perſpicua. Conſtat enim inter omnes non ſolum profeſſionis meæ homines, ſed etiam alios, qui ultra vulgus ſapere didicerunt, *Antiquitatis* cognitionem maxime eſſe neceſſariam omnibus qui paullo penitius in abdita ſtudiorum penetrare conantur. Imperium Romanorum non modo ampliſſimum, & rerum geſtarum magnitudine præclarum, ſed etiam melioribus inſtitutis & legibus, quam ceterarum nationum, gubernatum fuiſſe quis neſcit? Quapropter omnes, qui Reipublicæ vel domi vel belli adminiſtrandæ rationem ſibi comparatam volunt, eam potiſſimum ab Hiſtoriæ Romanæ exemplis petunt. Verum neque hi veteres Hiſtoricos, neque alii, Jurisprudentiæ Romanæ cultores, leges ejus gentis ambiguas ſæpe & obſcuras recte intelligunt, niſi Antiquitatem Romanam pro-

ora-

be cognitam habeant. Theologi etiam, oraculis ſacris rite interpretandis intenti, hinc inde veluti in ſalebra hærebunt, ſi moris priſci expertes incedunt. Præcipue autem elegantioris litteraturæ Candidati, & illi, qui ingeniis liberalibus operam ſuam deſtinarunt erudiendis; immo omnes, qui latinos, cujuscunque commatis ſint, Scriptores paullo accuratius intelligere geſtiunt, Veterum Rituum cognitione nequaquam carere poſſunt. Etenim illi omnes, ſive Hiſtorici ſive Poëtæ ſive alii, paſſim alludunt ad ritus ævo ſuo uſitatos, & ad inſtituta & leges in patria ſua olim receptas, ita ut verus eorum ſenſus & recta verborum, quibus utuntur, intelligentia absque illarum rerum notitia indagari nequeat. Hæc igitur ſcientia *facem præfert veterum ſcriptis*, unde Latinæ linguæ copiam & civilis etiam prudentiæ præcepta hauriunt litterarum cultores.

Verum enim vero mihi in Auctoribus quos dicunt, Claſſicis hoc modo illuſtrandis desudanti, id perquam moleſtum ac-

cidit, quod uni ſæpe & alteri loco diu nimis inhærendum eſſet, & donec idem aut ſimilis locus occurreret, ea, quæ ex ore meo hauſta bene intellexerant, oblivioni rurſus traderent adoleſcentes. Hinc ne oleum & operam perderem, de medela etiam huic adhibenda negotio cogitare cœpi, & ea, quæ in hunc vel illum Auctorem obſervaram, & in uſum meum collegeram, in ordinem digerere, digeſta ad incudem revocare & publici juris facere conſtitui, ut libellum haberent diſciplinæ meæ auditores, quem conſulere, & unde, ſiquid memoria exciderit, repetere poſſent. Equidem haud ignorabam, tot ſcripta virorum graviſſimorum, qui hos labores præclare & prolixe exhauſerunt, & quorum merita nulla ætas delebit oblivione, jam dudum extare. Nec me fugit, alios etiam breviter Veterum Ritus explicaſſe. At ſicuti vaſta illorum voluminia perlegere, operoſum nimis eſſet adoleſcentibus: ita nec horum compendia intentioni meæ exacte reſponderunt. Nimirum prudenti eorum conſi-

ſilio, qui res eccleſiaſticas & ſcholaſticas moderantur, in plerisque bene conſtitutis Scholis præter Ciceronis ſcripta, Jul. Cæſaris Commentarii Curtius, & alii probatæ dictionis Auctores, in gratiam ſtudioſæ juventutis, explicantur, ut Latinos Scriptores non ſolum intelligere, & ſermone Romano cogitata apte & perſpicue proferre in lucem, atque cum aliis communicare diſcat: ſed & Hiſtoriarum cognitione ſimul imbuatur. Cum autem in lectione illorum Auctorum, qui res potiſſimum bellicas conſcripſerunt, nihil magis ſiſtat aut remoretur adoleſcentes, quam *Militiæ Romanæ* ignorantia, malo huic ante omnia pro ingenii modulo mederi, & Libellum, qui locis Veterum Scriptorum illuſtrandis inſerviret, concinnare, & ceteris Romanorum ritibus tantisper ſepoſitis, primum, quicquid duntaxat ad Militiam pertinet, congerere placuit.

Huic inſtituto meo aptiſſima videbatur illa, quæ *de Militia Romana* agit, *Polybii Ecloga*, utpote quæ anſam præberet,

 plu-

plurima loca explicandi, & cum Græca ſit, de una eademque fidelia (ut celebratur notum proverbium) duos parietes dealbandi; id eſt, juventutem non ſolum veterum rerum notitia; ſed etiam linguæ Græcæ cognitione imbuendi. Romanis prima cura litterarum Græcarum fuit, ac fecerunt auſpium ab Homero, cujus præceptis atque exemplis puerile pectus ad virtutem præparetur. *Legebant Græcorum ſcripta, in iisque omni meditatione verſabantur, ita ut ex illis quædam transferrent in linguam Romanam, quædam imitarentur, quo factum eſt, ut non pauca de Græcorum dicendi more receperint in linguam veteris Latii. Ob quos Græciſmos etiam neceſſe eſt, culturam linguæ Græcæ & Latinæ conjungere; ſiquidem Latina lingua ſine Græca non cognoſcitur. Vid. Celeberr. Walch H. Crit. Lat. Ling.* Hinc juvenibus, a nutu meo & ore pendentibus, auctor ſemper extiti & ſuaſor, ut ad utilitatem ſuam ſemper cum Græcis Latinæ linguæ notitiam compararent, nec non hanc animo imbiberent ſententiam, eos ad veræ doctrinæ laudem

per-

pervenire, qui a Poëtarum, Hiſtoricorum, Rhetorum cognitione ad Philoſophiam & reliquas graviores diſciplinas progrederentur; eorum autem conatus eſſe irritos, qui linguæ Græcæ expertes, Latinorum Poëtarum, Hiſtoricorum Rhetorumque libros evolverent. De perverſa diſcendi ratione, qua utitur ſtudioſa juventus, jam olim conqueſtus eſt *Lanſius in Mant. ad ſuas conſult. p. 771.* *Non curat*, inquit, *hoc ſeculum, quam turpia Rebuspublicis ſcholaſticis vulnera infligantur. In multis Univerſitatibus plerique Scholares e tyrocinio, bonis litteris* (Latinis & Græcis) *vix extremis digitis attactis, immani ſaltu ex trivialis pulveris anguſtiis ſe projiciunt in vaſtum Juris* (adde, Theologiæ & Medicinæ) *Oceanum ac ſine terminis mare; ita cum fere ſint in Grammatica pulli, in Poëtica nulli, in Logica aſini, in Rhetorica muli, oves in Muſica, boves in Arithmetica, porci in Ethicis, canes in Phyſicis, bardi in Mathematicis, & in ceteris Philoſophici regni partibus talpæ, & in congreſſibus familiaribus magis muti, quam piſcis, audent tamen temerarii*

illo-

illotis manibus ſacra Themidis (ut & Theologiæ & Medicinæ) *attrectare, audent ſanctiſſimarum tot chiliades legum intempeſtiva lectione laceſſere.*

Cum igitur hanc Eclogam Polybianam tam propter ſtili puritatem, quam propter accuratam Militiæ Romanæ expoſitionem, propoſito meo accommodam viderem, adeoque dignam judicarem, quæ adoleſcentibus, in Græca lingua & Antiquitatis Romanæ ſtudio probe exercendis, in manus daretur, illam in linguam Latinam transferre, & commentatione illuſtrare conſtitui. De quo inſtituto meo illud amplius monendum duxi. Hanc Polybii Partem, quæ de Militia Romana agit, & in Libro VI. Hiſtoriarum extat, a Jano Laſcari converſam, tentavit poſt illum Juſtus Lipſius, qui novam ejus fragmenti translationem adornavit, eamque commentario, in Libros V. diſtributo, illuſtravit, qui Antverpiæ ex Officina Plantiniana A. M. D. XCVIII. 4. in publicum uſum prodiit. Sed omnes Hiſtoriarum, qui ſuperſunt, Libros Polybii Latine interpretatus eſt, & interpreta-

ta-

tationem ſuam Textui Græco adjectam typis Wechelianis A. M. DC. VI. vulgavit Iſaacus Caſaubonus, cui operi elegantiſſimam præmiſit epiſtolam, ad Henricum IV. Franciæ & Navarræ Regem ſcriptam, qua de ætate Polybii, de præſtantia & inſigni hiſtoriarum uſu prolixe diſſeruit. Jam ante Iſ. Caſaubonum primos quinque libros Nicolaus Perottus Saxoferratenſis, poſtea Archiepiſcopus Sipuntinus, juſſu Nicolai Quinti, Pontificis litterarum amantiſſimi, Latinos fecit; Partis autem ſecundæ Eclogas Wolffgangus Muſculus omnium primus interpretatus eſt. Porro utilem ſane recentiori ætate operam poſuit in hoc Auctore ex Græco in ſermonem Gallicum vertendo Gallus nobilis Thuillerius, & Verſionem ſuam Typis exſcribendam curavit Pariſiis. Sed eandem notis doctiſſimis Equitis de Folard auctam & Figuris inluminatam, abhinc biennio, J. Fr. Bernhard, Bibliopola Amſtelodamenſis, Vol. VI. 4. luci expoſuit; id quod ex rerum novarum codicibus Gallice ſcriptis cognovi.

Ex

Ex his editionibus conſului Lipſianam & Caſaubonianam, & illud primum egi, ut Auctoris Græca verba, quantum fieri potuit, quam purgatiſſime exhiberem; hinc factum eſt, ut multa loca, quæ utriusque fefellerant ſolertiam caſtigarem; ſiquidem eorum Criticorum veſtigia minime premenda exiſtimo, qui, licet antecedentium & ſubſequentium verborum nexus aperte prodat mendum aliquod, tamen falſæ inhærere lectioni malunt, quam vel latum unguem a Codice antiquo, præcipue manu ſcripto, diſcedere: cum tamen inter viros doctos conſtet, plerosque olim libros a monachis ineptis aliisque ſcribis, nulla doctrina exculcis, deſcriptos, adeoque quod variantium lectionum copia Codices antiqui abundent, culpam in illorum hominum ignorantiam relegandam eſſe Proinde nullus dubitavi, σφάλματα, quæ textum ſive deformarunt, ſive ſenſum turbarunt, e medio tollere: e. g. Cap. V. ∫. 4. διότι expunxi, & ὅτι ſubſtitui: item εὐπρεπῶς. In utraque Editione ubi diverſæ lectiones incidére, e. g. Cap. V. ∫. 5. legit Lipſiana: τῶν δ' εἰς τὰς

φυ-

φυλακὰς ἀποταχθένλας ἀφ᾽ ἑκάϛȣ φυλακέιȣ, τῶν τὴν πρώτην μελλόνλων τηρεῖν, κ. τ. λ. Caſaubo-niana: — — τὸν ἰὴν πρώλην μέλλονλα τηρεῖν judicium meum ſecutus, optimam, quæ videbatur, lectionem poſteriorem prætuli. Sic Textum Græcum utriusque Editionis ita retractare cœpi, ut turbata ordinarem, bis poſita reſecarem & mutilata reſtituerem, & quæ Polybius intacta reliquerat, & tamen ad rem militarem pertinere videbantur, e. g. de Diſpoſitione Aciei, de oneribus Romanorum militum, de armorum exercitiis, ex Lipſio & aliis Auctoribus depromſi & defectum ſupplevi. Quod ad Verſionem attinet, eam, quæ perſpicuitate & facilitate ſeſe comendavit, præferendam putavi obſcuræ, quamvis ornatiore & elegantiore facie niteret. Sic e. g. Ποτὲ μὲν παρ᾽ ἀσπίδα, p. 302. Caſaubonus convertit, modo ad lævam modo ad dextram; hic retinui Lipſii translationem: alias ad ſcutum inclinantes, alias ad haſtam. E contrario p. 178. τȣτȣ τὸν ἐπιτηδειότατον εἰς σύνοψιν ἅμα καὶ παραγγελίαν, ἡ τȣ ϛρατηγȣ̃ σκηνὴ καλαλαμβάνει: Lipſius reddidit: aptiſſimam partem aſpectui ſimul & juſ-

ſio-

ſioni. Hic Caſauboni interpretationem probavi: partem illius, quæ ad proſpiciendum & dandum mandata fuerit commodiſſima. Iterum alibi: ἔχουσι τὴν διάμετρον, Caſ. palmarem habent dimetientem; Lipſ. palmarem habent diametrum, quam Verſionem veluti intellectu faciliorem mihi ſumendam putavi. Ubi neutra placuit, meam adjunxi.

Ceterum ut de Commentatione ipſa dicam, Lipſii veſtigia, fateor, preſſo pede ſecutus non tamẽ ita ſecutus ſum, ut eum a capite ad calcem deſcriberem. Conferat æquus Lector utrumque & Lipſianum & meum laborem, ut ex rei veritate quod decet, ſtatuat, & Suum cuique tribuat. Lipſius ut fuit linguæ Græcæ & Latinæ callentiſſimus & vir infinitæ lectionis, ita in eo fixit curas & cogitationes potiſſimum, ut non ſolum in intelligendis Auctoribus accenderet lumen, ſed etiam ut loca, quæ male ſana eſſent, modo ſcriptorum codicum, modo locorum ex aliis auctoribus depromtorum, modo ingenii ope, emendaret,

&

& a veris locis gloſſemata prudenter removeret; ita ut ejus ἔργον fuiſſe dicas, ſanare male adfecta Scriptorum loca. Ego diverſum longe ingreſſus iter, pauca attigi, quæ ad genuinam aut ſpuriam loci alicujus lectionem pertinerent; e contrario id potiſſimum egi, ut prout occaſio a Polybio oblata eſſe videbatur, MORES ROMANORVM, interdum & GRÆCORVM, præcipue militares, proponerem, & ea, quæ commentatus fueram, luculentis e veteri memoria repetitis exemplis & teſtimoniis corroborarem: dicendi formulas, in Latinis ſcriptoribus paſſim obvias, explicarem, ea, quæ cognationem cum hac vel illa voce haberent, a Polybio omiſſa, aliunde adferrem, adeoque nihil reliquum facerem, quod ad articulum quendam accuratius intelligendum quodammodo requiri videretur. Id egi, ut ab illa Lipſii prolixitate mihi temperarem & ex eo, quæ illuſtrandis Polybii locis & expoliendis facerent, tantum excerperem, illis, quæ minus ad rhombum eſſent, repudiatis. Sic Lipſianis mea paſſim miſcui, ut ſtilo Lipſiano ſæpius obſcu-

ſcuro lucem adfunderem, verbis meis clarius enuntiando, quod ille minus diſtincte dixerat, aut aptiora: alia ex iis potiſſimum Auctoribus, quos diſciplinæ meæ Alumni legerant, ſubſtituendo.

Porro cum intelligerem, viros doctos immane quantum diſcrepare, ubi de veterum Romanorum Pecunia agunt, eamque cum Nummis noſtris comparant, ego Rem Rom. Nummariam dedita opera ſuſcepi explanandam, rejecta aliorum auctoritate, certa in ea re principia, quæ in dubium vocari non poſſunt, ſecutus. Et quo majore facilitate juventus eam caperet, exempla domeſtico idiomate propoſui. Tum ut juventutis ſtudium magis accenderem, Icones, quæ Veterum mores, inſtituta, habitumque militarem referunt, ex Lipſio delineandas, & æri eleganter incidendas curavi. Quibus omnibus accedit Index rerum & dictionum Latinus & Græcorum vocabulorum Syllabus. Ubi notandum, non Græca Vocabula omnia, ob brevitatis ſtudium, ſed tantum dif-

difficiliora, omiſſis facilioribus & jam cognitis, huic Syllabo inſerta eſſe, & cum eadem vox plures ſæpe ſignificationes ſuſtineat, eam ſingulis vocibus attributam, quæ Polybii menti reſpondere videbatur. Plura, ne præfationis modulum excedam, dicere non libet. Accipe ergo hunc LIBELLVM SCHOLASTICVM, LECTOR BENEVOLE! amica mente manuque, quem ſi illuſtrioribus ingeniis gratum acceptumque eſſe cognovero, id mihi ſtimulos ad ea etiam, quæ de MACHINIS ROMANORVM BELLICIS collegi, aliquando emittenda, addet. Denique ut Errata typographica in fine annotata haud gravatim corrigas, cetera autem, in quæ incideris, leviora Typothetæ feſtinationi condones, peramanter contendo. Vale.

POLYBII MEGALOPOLITANI
VITA.

POlybius, Hiſtoricus nobiliſſimus, Megalopoli, urbe Achajæ celeberrima, Olymp. 134. oriundus, Lycortæ, qui patriæ ſuæ, Reip. Achæorum, bonis quondam inſtitutis florentiſſimæ, diu princeps præfuit, filius. Patrem & filium, non amplius quatuor & viginti annos natum, legatos ad Ptolomæum Epiphanem miſſos, ita admirati ſunt Ægyptii ut anno tertio, poſtquam domum redierant, illos verbis ampliſſimis ab Achæis peterent, illum, qui cum ſummo imperio cohortibus præeſſet auxiliaribus, hunc, quem turmis præficerent; quanquam hæc expeditio in Ægyptum non eſt ſuſcepta. Sequenti anno cum Achæi offenſam ſibi apud Romanos contraxiſſent, & civitatis ſuæ primos, qui nimis pro libertate Græcorum nitebantur, admodum mille, obſides Romanis dare coacti eſſent, Polybius etiam Romam accitus, longi carceris pædore culpam expiavit. Sed qui per virtutem periit, certe non interiit: ſaluti fuit ei celebritas nominis, bonis parta artibus, & illa ipſa, quæ adflixerat, virtus. Igitur deprecatoribus apud Senatum uſus Catone Cenſorio, Scipione Æmi-

Æmiliano, aliisque Romanis proceribus, ſolvitur carcere. Libertate potitus, ubi ſemel ſibi perſuaſit, nullam Achæis ſuis, niſi in amicitia populi Romani ſpem ſupereſſe, ad colendam bona fide majeſtatem illius populi converſus, pro ſua prudentia ſuis ipſe moribus ſibi fortunam finxit. Nam patria ipſius haud ita multo poſt culpa ſua exitium ſibi conſcivit, bello Achaico a Mummio deleta, quum interim Polybius Romæ tranquillitate illa frueretur, quam ſuamet ipſe prudentia & admiranda ſapientia ſibi quæſiverat. Cum bene de hominibus, præſertim Græcis ſuis, meritus eſſet, ei ſtatuæ cum ampliſſimis titulis per oppida Græciæ, quod ſcribit Pauſanias, poſitæ ſunt. Dicat hoc ipſum civitas Locrorum in Italia, quæ hujus ope immunitatem duriſſimorum onerum, quorum præſtationem ex legibus datæ pacis Romani exigebant, nacta, atque vitam & fortunas omnes ſuas uni Polybio ferens acceptas, in eo ornando nullum excellentis honoris genus prætermiſit. Cum Hiſtoriam Romanam condere animum induxiſſet, loca omnia, ubi Romani bella ſua geſſerant, oculis ante perluſtrare voluit, quam ad ſcribendum applicaret manum. Hinc ut de Hannibalis itinere ſibi comperta ſcriberet, Galliam & Alpes viſitavit, ut de Scipionis rebus in Hiſpania geſtis digna fide proderet, Carthaginem novam adiit, loca ſingula cum cura inſpexit. Lucianus memoriæ prodit, eum octogeſimo ſecundo ætatis anno diem obiiſſe ſupremum.

Judicia Virorum Doctorum de POLYBIO.

Sam. Artopoei Comment. in Tab. Chron. Schrad.

POlybius naſcitur Olymp. 143. Nobiliſſimus hic Hiſtoricus, quem Livius in plerisque ſequitur, & pene exſcripſit, notus eſſe debet omnibus & commendatus. Scripſit Græce Hiſtoriarum libros XL. quorum V. ad nos integri pervenerunt, ex ceteris tantum Excerpta habemus. Duobus primis tempora percurrit a Roma per Gallos capta, usque ad initium belli Punici; in reliquis fuſius perſequitur ſequentium annorum 53. geſta usque ad Macedonici regni everſionem.

Caſauboni Præf. Polybio præmiſſa.

Polybius & a generis ſplendore & ab inſtructu diſciplinarum, & a rebus geſtis, & ab ingenii monumentis, vir & Philoſophus nobiliſſimus: idem pacis, idem belli artibus, idem ſtudiorum laude longe clariſſimus. Hic propter genus dictionis ac doctrinæ haud quaquam translatitiæ, maxime autem propter ſummam rei caſtrenſis peritiam, & imperatorium quendam ſtilum, attentum cum primis & diſciplinæ Tacticæ, totiusque militiæ Romanæ, Græcæ, Macedonicæ aliorumque populorum peritum interpretem deſiderat.

Po-

Polybius, inquam, ille, cujus in Philoſophia doctrinam, in moribus probitatem, in hiſtoria prudentiam, Cicero, Strabo, Joſephus, Plutarchus, Deus bone, qui quantique viri! & optimus quisque veterum, dilaudant: cujus fidem T. Livius, ille Romanæ longe Princeps hiſtoriæ, tantopere probavit, ut pene ad verbum libros illius integros verteret, atque iis pro ſuis uteretur, quem M. Brutus, ſeverus ille morum ſcriptorumque Cenſor, cui ne ipſe quidem M. Tullius ſatisfacit, adeo eſt admiratus, ut ejus lectioni propemodum immoreretur: ultimis certe ſuis temporibus, iisque adflictiſſimis ad ſolatium doloris pariter et magiſterium vitæ, Hiſtoriam illius excerperet, atque in compendium redigeret; quem denique Conſtantinus Imperator, Corporis hiſtorici auctor, ſenatoribus, ducibus & principibus tam utilem judicavit, ut qui e Diodoro Siculo, Dionyſio Halicarnaſſeo, Joſepho, Dione & aliis primæ notæ hiſtoricis pauca admodum ſeligeret, quæ in ſuum Pandecten transferret, Polybium prope totum deſcriberet, atque operi illi ſuo inſereret.

A & Ω!

Πολεμικὰ Ῥωμαίων ἐπιτηδεύματα.

POPVLI ROMANI INSTITVTA *REI MILITARIS.*

Commentatio procemialis.

SI homines intra naturæ fines viverent, & ea ſibi officia, quibus ſocietas hominum inter ipſos & vitæ quaſi communitas continetur, aſſiduè cogitanda & ſuſcipienda putarent,

præcipuè illud, ne cui quis noceat; omnes illico ceſſarent, quibus genus humanum colliditur, contentiones, nullæ de crudelitate hoſtium, ferro & cæde in homines, incendiis autem ruinjſque in tecta ſævientium, atque tam multis regionibus vaſtitatem inferentium & deformitatem, exaudirentur querimoniæ: contra ea omnium rerum, ad bene beateque vivendum pertinentium, copia abundaremus: profectò auderet

tunc fides & pax & honor pudorque
priſcus, & neglecta redire virtus
alma, manaretque beata pleno
copia cornu.

Verum enim verò cum infinitæ cupiditates premant animum, quibus homines frena laxant & dominium permittunt, ut in ſcelera tandem externa erumpant, non poſſunt non tam multis incommodis conflictari, quæ vitam ipſis acerbam reddant, & quorum impetum vix ſuſtinere queant. Stimulat alios gloriæ cupiditas; urget alios auri ſacra fames; inflammat quosdam iræ æſtus & dominandi libido aut ulciſcendi ſtudium, ut fulgeant in armis, maxima cieant bella, patriæque validas vires in exitium vertant finitimorum. Hinc relatum legimus, primum omnium Ninum, Regem Aſſyriorum, gloriæ ſtudioſiſſimum, veterem & quaſi auitum gentibus morem nova imperii cupiditate mutaviſſe, eumque

que primum intuliſſe bella finitimis, & rudes adhuc ad reſiſtendum populos, terminos usque Lybiæ perdomuiſſe. Fuere quidem temporibus antiquiores, qui autem longinqua non finitima bella gerebant, nec imperium ſibi, ſed populis gloriam quæſiverunt.

Sic ad inferendas injurias paratiſſimus eſt ſtimulus *Ambitio* & *Æmulatio*, nec majore contentione ulla bella geruntur, aut privatæ inimicitiæ acrius exercentur, quam quæ hanc habent cauſam. *Maximè*, inquit Cicero, *adducuntur plerique, ut eos juſtitiæ capiat oblivio, cum in imperiorum, honorum, gloriæve cupiditatem inciderint. Nam quicquid ejuſmodi eſt, in quo non plures excellere poſſint, in eo plerumque ſit tanta contentio, ut difficillimum ſit, ſanctam ſervare ſocietatem. Eſt autem in hoc genere moleſtum. quod in maximis animis & ſplendidiſſimis ingeniis plerumque exiſtant honoris, imperii, potentiæ, gloriæ cupiditates, L. 1, Offic.* Sic aliis, præter ambitionem, æmulationem, metum, avaritiam, etiam *luxus plurimarum injuriarum cauſa eſt.* Delectant enim magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia & copia, quibus rebus efficitur, ut infinita pecuniæ ſit cupiditas & rapiendi libido. Quæ res ingenium acuit hominum, ut excogitatis belli artibus injuriam inferrent alii, alii prohiberent eam & immaniſſimorum hoſtium ferociæ obicem ponerent.

In præſentia nobis ſermo eſt de Romanis. Cum inter fratres, Romulum ſcilicet & Remum de loco condendæ Vrbis, quam intendebant, diſcordia intercederet, illam litem augurio dirimendam committebant, quod Vulturum volatum ſtatuebant. Vultures enim in augurio capiendo Romani præcipuos habuerunt ea de cauſa, quod vultur ſit animal præter cetera innocentiſſimum, nec ſatis, vel plantis, vel pecori incommodet. Cadaveribus tantum veſcitur, nihil, quod vivat, perimit, neque ei nocet. Volucribus ob cognationem abſtinet etiam mortuis, *teſte Plutarcho*, *in Romulo.* Verum enim vero, an huic augurio reſponderit eventus quoque, cognoſcitur ex Romanorum moribus inſequentibus; dum totum pene orbem injuſtis ſuis armis invaſere, & multorum millium hominum innocentiſſimorum ſanguinem profuderunt, omnia ſibi ſubjecerunt, bona rapuerunt, homines in deteſtabilem ſervitutem turpiter redegerunt. *Vid. Guevarra in Horol. Princip. Lib. III. c. III. in fin.* Quod ne ipſe quidem Romanus, *Cicero*, negat *Lib. 3. de Rep.* *Quod ſi omnes populi*, inquiens, *penes quos ſit imperium, ipſique Romani, qui orbem totum poſſederunt, juſtitiam ſequi velint, ac ſuum cuique reſtituere, quod vi aut armis occuparunt, ad caſas & egeſtatem reverterentur. Quibus, quæſo, majores inſidias ſtruxerunt, & quos majori*

ri

ri injuria affecerunt ; quam homines, quorum omnium pene ſimilis natura eſt ; cum tamen inter nos cognationem quandam natura conſtituat, ut potius inde hominem adfici beneficio interſit hominis.

Quoniam igitur hominum appetitus habendi in tantum excrevit, ut, poſthabito juſto & honeſto, etiam aliena, & ab aliis jamjam poſſeſſa & occupata invadere, & ſua facere allubeſceret, ſibi quaſi jus conſtituerunt, & ea ſibi vindicarunt propria, quæ robore & viribus corporis aliis detrahere, juſtum & licitum dicerent, adeoque quidem ut talia Juri Gentium aſſerere non dubitarint. Hinc deſcendit jam *Ratio Belli,* in quo Victori omnia victi bona cum vita conceduntur, & Prædæ loco permittuntur. Jus eſſe belli, *reſpondet Arioviſtus Jul. Cæſari, L. 1. c. 36. B. G.* ut, qui viciſſent, iis, quos viciſſent, quemadmodum vellent, imperarent. Eandem rationem adfert Cæſar, demonſtraturus, quare Gallia potius eſſet populi Romani, quam Arioviſti, quod nimirum *bello ſuperati eſſent Arverni & Ruteni à Q. Fabio Maximo, quibus autem populus Romanus ignoviſſet, neque ſtipendium impoſuiſſet, cit. L. I. c. XLV.* nulla autem ratione antea habita, jure an injuria bellum ſit illatum.

CAP. I.

Περὶ χιλιάρχων καταστάσεως, καὶ καταγραφῆς στρατιωτῶν πολιτικῶν τε καὶ συμμάχων.

De Inſtitutione Tribunorum militum & Delectu tam legionum quam auxiliorum.

Polyb. §. 1.

ΕΠειδὰν Ρωμαῖοι ἀποδείξωσι τοὺς ὑπάτους, μετὰ ταῦτα χιλιάρχους καθιστᾶσι. Τέσσαρες καὶ δέκα μὲν, ἐκ τῶν πέντε ἐνιαυσίους ἐχόντων ἤδη στρατείας, δέκα δ᾽ ἄλλους σὺν τούτοις, ἐκ τῶν δέκα. Τῶν γὰρ πολιτῶν τοὺς μὲν ἱππεῖς δέκα, τοὺς δὲ πεζοὺς εἴκοσι δεῖ στρατείας τελεῖν κατ᾽ ἀνάγκην, ἐν τοῖς τετταράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ἀπὸ γενεᾶς, πλὴν τῶν ὑπὸ τὰς τετρακοσίας δραχμὰς τετιμημένων· Τούτους δὲ παριᾶσι πάντας εἰς τὴν ναυτικὴν χρείαν· Ἐὰν δέ ποτε κατεπείγῃ τὰ τῆς περιστάσεως, ἐκεῖνοι ὀφεί-

ROmani poſteaquam Conſules deſignarunt, Tribunos militum deinceps creant, quatuordecim quidem ex iis, qui annua jam quina ſtipendia habent, decem vero alios, præter ſuperiores, ex iis, qui dena. Civibus enim plane eſt neceſſum ſtipendia facere intra annum ætatis quadrageſimum ſextum, equitibus quidem dena, peditibus verò vicena, iis duntaxat exceptis, qui infra quaterna millia æris cenſi fuerint. Hos omnes miſſos faciunt ad

φείλουσιν οἱ πεζοὶ στρατεύειν εἴκοσι στρατείας ἐνιαυσίους. Πολιτικὴν δὲ λαβεῖν ἀρχὴν οὐκ ἔξεστιν οὐδενὶ πρότερον, ἐὰν μὴ δέκα στρατείας ἐνιαυσίους ᾖ τετελεκώς.

ad uſum nauticum. Quod ſi aliquando caſus aliquis gravior urgeat, illis etiam veluti peditibus vicena ſtipendia annua ſunt facienda. Vrbanum autem magiſtratum capiendi ius nemini eſt, antequam dena adimpleverit.

Δέκα δ᾽ ἄλλους,) vulgo legunt: *δέκα δ᾽ ἄλλους σὺν τούτοις ἐκ τῶν λοιπῶν*, quæ verba *Laſcaris* reddidit: decem autem alios præter hos, ex iis, qui decem reliqua fecerint. Quam lectionem aperte falſam, (nam quæ ſunt hæc decem reliqua?) ita correxit *Lipſius*: *δέκα δ᾽ ἄλλους σὺν τούτοις ἐκ τῶν δέκα· τῶν λοιπῶν τοὺς μὲν ἱππεῖς δέκα*, & Polybii hanc eſſe mentem contendit: Tribuni quidem fieri poſſunt ex equitibus, qui quina ſtipendia fecerint: ex plebe, qui dena; at reliqui iam milites in univerſum ſtipendia conficiunt, equites dena, pedites vicena. Nos tamen *Caſauboni lectionem*, quam vides, textui inſeruimus, quæ magis reſpondere videtur Polybii menti.

Τοὺς δὲ πεζοὺς εἴκοσι) Vulgaris lectio: *τοὺς δὲ πεζοὺς ἕξ, οὓς δεῖ στρατείας τελεῖν κ. τ. λ.* in quibus verbis recte interpretandis, & genuino eorum ſenſu eruendo miſere ſe torquebant *Laſcaris & Grucchius*, nullo tamen ſucceſſu. *Lipſius* emendavit: *τοὺς δὲ πεζοὺς εἴκοσι δεῖ στρατείας τελεῖν*, &c. pedites vicena ſtipendia explere oportet. *Caſaubonus*, qui poſt Lipſium novam Polybii Verſionem concinnavit, legit: *τοὺς δὲ πεζοὺς δέκα ἓξ ἐνιαυσίους* &c. neceſſum eſt ſtipendia facere, intra annum ætatis quadrageſimum ſextum, equitibus quidem dena, peditibus verò ſena dena. *Sed* hic Lipſianam emendationem in textu ſecutus ſum, quæ equiti ſtipendia decem, pediti autem viginti (non ſedecim) ſtipendia conficienda tribuit intra quadrageſimum ſextum æta-

ætatis annum. Quam ſententiam veteres probant, quos infra nominabimus p. 20.

Ἐὰν δέ ποτε) Lipſii & Caſauboni Lectio ita fluit: *ἐὰν δέ ποτε κατεπείγῃ τὰ τῆς περιστάσεως, ὀφείλουσιν οἱ πεζοὶ* &c. ſi caſus aliquis gravior urgeat, vicena ſtipendia annua peditibus ſunt facienda. Hac quidem ratione ſibi conſtat Caſaubonus, utpote qui in Verſione ſua habet: peditibus ſedecim ſtipendia eſſe facienda, ut ſenſus ſit: juſtum militiæ tempus in pedite finiri poſt ſedecim confecta ſtipendia; ſed imminente periculo, tempus illud uſque ad viceſimum ſtipendium prolongari. At cum mihi Lipſiana emendatio de Vicenis ſemel placuiſſet, & adhuc placeat, diu anceps hæſi, quis hujus loci verus ſit ſenſus. Nam cum Polybius, ut Lipſius quidem ſibi perſuadet, vicenis annis juſtum peditis militantis tempus paulo ante definit, quare jam mutat ſententiam? quaſi pedes tantum in extrema neceſſitate vicena ſtipendia merere juſſus eſſet, alias pauciora faceret. Quapropter primò putavi, illa verba: *ἐὰν δέ ποτε κατεπείγῃ τὰ τῆς περιστάσεως*, quæ in textu majore diſtinctionis nota, quam punctum dicimus, à præcedentibus ſeparata cernuntur, cum iis eſſe conjungenda; ut mens Polybii eò rediret: tenuioris fortunæ homines reſervari quidem bello navali, aſt non omni, ſed tum demum, ſi res jam ad extremum eſſet deducta caſum. Verum mox intellexi, ſtante hac ſententia, verba, quæ in continua ſerie ſequuntur: *ὀφείλουσιν οἱ πεζοὶ στρατεύειν εἴκοσι στρατείας ἐνιαυσίους*, fore ſuperflua, & neque antecedentibus neque ſequentibus accommoda. Tandem in mentem venit, quod Polybius innuat, has quidem tenuiores ad militiam terreſtrem non vocari; ſi autem res in anguſto eſſet, neque ullum daretur ſubſidium, quod ſubmitti poſſet laborantibus civibus, tunc fieri, ut illi tenuiores etiam terreſtris militiæ munia obirent, & ſicuti alii pedites, vicena ſtipendia conficerent. Quo igitur clarius hæc ſententia appareret, inſerendam exiſtimavi voculam *ἐκεῖνος*; & ſic rem implicatam perſpicuè expedi-

divi, ut Polybius ubique jam ſibi conſtet. Vide p. 24. & 25.

Commentatio.

ROmani) Diverſæ ſunt eruditorum opiniones de *ROMÆ, urbis illius æternæ*, ut *ab A. Marcellino Lib. XVI.* dicitur, Origine. Plurimi hujus primordia ad Romulum referunt ex opinione, conſenſu quodam & vetuſtate corroborata. Sed tempus, quo cœpit & ædificata eſt Roma, longe antiquius deſignatum invenimus in fide dignis veterum monumentis, ut prima Romæ initia *Jano, Saturno & Evandro* haud temere attribuamus, reſtauratam vero potius a *Romulo* credamus. Hac de re legendi, præter *Dionyſium Halicarn. Lib. 1. Servius ad Virg. Æneid. Lib. VIII. Jac. Hugo de origine Latii & Rom. Vrb. c. 8. Andreas Fulvius Lib. I. de antiq. Romæ Lib. 3. Virgilius certe Lib. VIII. Æn.* nomine cornigeri Tiberini fluvii ita canit:

Arcades his oris, genus a Pallante profectum
Qui Regem Evandrum comites, qui ſigna ſecuti
Delegere locum, & poſuere in montibus urbem,
Pallantis proavi de nomine Pallanteum.

Porro eodem libro *Evandrus â Virgilio* celebratur Romæ conditor, verſu 313.

Tum Rex Evandrus, Romanæ conditor arcis,
Hæc — —
Hanc (Romam) Ianus pater, hanc Saturnus condidit urbem.
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.
Talibus inter ſe dictis ad tecta ſubibant
Pauperis Evandri: paſſimque armenta videbant
Romano foro, & lautis mugire Carinis.

Ergo quæritur, utrum populus Romanus appellationem trahat à Roma, quæ tempore prior fuerat Romulo, an a Romulo? Facile reſpondetur. Quemadmodum pro temporum & locorum diverſis rationibus a novis colonis

aut regibus, a quibus invicem pulſi fuere, nomen mutatum fuit Italiæ, ita ut primùm dicta Agreſſa, inde Cameſſene, mox Heſperia, hinc Auſonia, dein Oenotria, denique Italia. *Cluv. Geogr. Lib. I. C. I.* ita ſæpius depoſuit nomen Roma, quæ inchoata a Saturno, *Saturnia*, aucta a Iano, Ianiculum, amplificata ab Evandro, in memoriam proavi Pallanteum, denique inſtaurata noviſque colonis locupletata a Romulo, Roma vocabatur. Hinc Romulus meritò Populi R. conditor extollitur, & Romani nominis auctor cenſetur, adeoque in illo Verſu Virgiliano;

Romano foro, & lautis mugire Carinis.

deprehenditur Prolepticus Anachroniſmus: & ita exponitur: illo loco, quo poſtea erant Romanum forum & Carinæ.

Ceterum Polybius hîc nomine Populi Romani ſive Romanorum intelligit cives omnes Romanos, qui primum *á gente & nativitate in Patricios & Plebejos*; deinde *ab Ordine & gradu dignitatis in Rep. in Ordinem Senatorium, Equeſtrem & Plebejum*; tum ab honore magiſtratuum curulium ac jure imaginum, *in nobiles*, *novos homines & ignobiles diſtinguebantur.* *Patricii* olim dicti ſunt Patrum progenies: & quidem Patricii majorum gentium audierunt, qui ex primis Patriciis, quos Romulus conſtituerat, ortum traxere; Patricii vero minorum gentium, qui ex iis orti, quos poſteriores Leges in Patrum numerum cooptarunt, & qui aliàs a Populo, denique ab Imperatoribus ad patricias gentes fuerant relati. Plebeji erant ex plebe ortio, quæ fuit altera & inferior pars Populi Romani. *Ad Senatorium Ordinem*, utpote ſummum in Republica, referebantur ipſi Patres ſive Senatores; & quemadmodum primum ſoli Patricii hujus Ordinis participes fuere: ſic deinde etiam ex equeſtri & plebejo ordine prognati, in hunc ordinem allecti relatique fuerunt. Senatorio Ordini dignitate proximus erat *Ordo Equeſtris*, Senatorii Ordinis ſeminarium. Ab equis autem militaribus, quibus a prima inſtitutione merebantur, nomen hoc acceperant *Equites Romani*. *Ordinem plebejum* con-

conſtituerunt ceteri inferioris fortunæ homines, qui nondum ad equeſtrem ſenatoriumque Ordinem adſcenderant. Horum trium ordinum, in quos circumſcripta erat Reſp. Romana ſive populus Romanus, frequens fit apud Scriptores antiquos mentio. *Videatur Livius Lib. XXVI. c. 36. Valerius Max. Lib III c. 7. Addere licet Martialem, qui L. VIII. Epigr. XV. cecinit:*

Dat Populus, dat gratus Eques, dat thura Senatus.

Poſteaquam Conſules) *CONSVL* Romæ ſummam obtinuit poteſtatem, ex quo Regibus pulſis, Romani ad vindicandum libertatis & pudicitiæ decus inſurrexerunt. Imperio enim Regibus abrogando illatum Lucretiæ ſtuprum occaſionem dedit. Quam ornatiſſimam fœminam, caſtam Bruti conjugem, in prædio quodam tum temporis commorantem abſente marito, Tarquinii Superbi Regis filius ad libidinem ſuam abripuit. Quapropter illa, hanc vim paſſa, properabat Romam, & ad genua ſeſe Patris Sp. Lucretii projiciebat, flens & orans, ut propinquos & amicos ad ſe convenire juberet, quibus omnia expoſuit, ut turpis adulter caſtum Bruti thalamum violarit, ut ſpurcum ſibi junxerit corpus &c. obſecrat, monet, poſtulat, ne ulciſcendi Romanos pro iis, quas in perſona ſua acceperint, injuriis, occaſionem dimitterent. Tum ferrum, quod veſte latebat, protulit & in pectore fixit. Hac ex re factum, ut Bruto Collatinoque ducibus & auctoribus, quibus præcipuè ultionem ſui moriens matrona mandaverat, populus Romanus Regem & regiam familiam profligaret, & imperium in eosdem libertatis ſuæ vindices transferret, L. Iunium Brutum & L. Tarquinium Callatinum A. mundi 3545. Per. Iulian. 4205. ante Chriſtum natum 509. A.U. 244. Tantum novæ libertatis gaudium fuit & ſtudium ejus conſervandæ, ut alterum, Tarquinium Collatinum tantum ob nomen & genus regium, faſcibus abrogatis, urbe expellerent, atque novos Rectores pro regibus appellarent conſules, ut conſulere ſe civibus ſuis debere meminiſſent.

Con-

Conſules bini ſingulis annis in Campo Martio creati ſunt, & initio ex Ordine tantum Senatorio lecti, cum plebeiorum nemini ad hanc dignitatem adſpirare liceret. At deinde plebs, renitente fruſtra nobilitate, à Patribus impetravit, ut alter fieret plebejus, & quidem *S*extius, *teſte Livio:* Comitia adverſa nobilitate habita, quibus L. Sextius de plebe primus Conſul factus, A. V. 388. Plinius junior vult, primum Conſulem Plebejum fuiſſe Licinium, unum ex Tribunis; ſed ceteri Auctores conſentiunt in *S*extio. Conſul regia erat dignitate, quamvis careret nomine. Veſte purpurea, more regum, amictus, & ſella curuli vectus erat, manu tenuit ſcipionem eburneum, cujus apicem honeſtabat inſigne conſularis poteſtatis, Aquila. Ante eum, publice prodeuntem, ibant duodecim lictores, faſces virgarum ſecuribus alligatos geſtantes: illum, inquam, qui eo menſe rempubl. adminiſtravit, cum alterum unus duntaxat lictor antecederet, reliqui a tergo ſequerentur. Suetonius hunc antiquum retulit morem, ut quo menſe faſces non haberet, Accenſus ante eum iret, lictores pone ſequerentur ſine faſcibus, & ſecuribus. Præter Deos & Leges neminem agnoſcebant ſuperiorem. *S*upremum de omnibus rebus & controverſiis cognoſcendi & ſtatuendi poteſtatem habebant, ſed ita, ut eorum ſtudia conſiliis ſuis regeret Senatus, ad quem de publicis rebus referre ſolebant. Magnam Conſulis officii & dignitatis partem, paucis verbis *Cicero tertio Legum* complexus eſt. *Conſules*, inquit, *regio præſunto imperio, hisque praeunto judicando, conſulendo, prætores, judices apparento. Militiæ ſummum jus habento, nemini parento. Iuſſa his populi ſuprema lex eſto. Eundem magiſtratum, ni interfuerint decem anni, ne quis capito. Civitatem annali lege ſervanto &c.* Sed finito magiſtratu, qui annuus erat, accuſari & ad reddendam rationem adigi poterant.

Anno ætatis quadrageſimo tertio hunc magiſtratum inire fas erat, id quod appellarunt *tempus legitimum.* Sed Romani hujus legis immemores tempus legitimum non ſem-

per

per expectarunt. Valerius Corvinius conſul eſt factus vigeſimo tertio ætatis anno, Scipio Africanus annos viginti quatuor natus; ut & Marius junior, Pompejus, & Auguſtus ad conſulis officium admovebantur, quorum à Senatorio gradu ætas longè aberat. Nec conſulatum per leges ambire aut capere licebat, niſi quis antea Ædilis & Prætoris officio rite functus fuerit.

Sed ne hujus quidem inſtituti ratio ſemper eſt habita; ſiquidem Pompejus ex SenatusConſulto legibus ſolutus, Conſul ante fiebat, quam ullum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet; *Cicero Or. pro Lege Manil.* Cœperunt deinceps Romani Conſulibus qui Calendis Ianuarii, ſingulis annis, magiſtratum iniere, annos notare, nullo numero, ſed ſolo nomine Conſulum adſcripto, ita: Coſſ. his vel illis &c. Vnde formula: *ſine die & ſine Conſule ſcribere*, i. e. non addito anno & anni die. Eo die, quo novi Conſules inibant magiſtratum, Senatus frequens ingenti civium agmine ſtipatus, mane *Salutatum* venit, eosque in Capitolium ad ſacra facienda euntes, ampliſſima pompa comitabantur, ubi ſinguli conſules Jovi bovem immolarunt. Quam ceremoniam appellat *Spartianus Officium novorum conſulum & auſpiciis intereſſe.* Sacris peractis, Senatus eadem pompa eos domum reduxit, qui intervallo aliquot dierum interjecto, populo, oratione pro roſtris habita, gratias egerunt, & ſive pecuniam ſive eſculenta diſtribuerunt, interdum certamina beſtiarum, ludos aut ſpectacula gladiorum, quod ſpectaculo perinde atque munere quodam capiebatur, ei exhibuerunt: quæ dicebant *Munera conſularia.*

Deſignarunt) Vaſta illa planities Romæ inter urbem & Tiberim, ubi Conſules deſignati & creati ſunt, dicebatur *CAMPVS MARTIVS.* Sunt, qui contendunt, à Romulo eum Marti, quem generis ſui auctorem credebat, conſecratum eſſe & ludis deſtinatum, quibus aſſiduo juventus Romana exercebatur. *Sed* ſi aliis fidem adhibemus, Campus ille dictus fuit Ager Tarquinius, appellationem ex nomine poſſeſſoris trahens; ſiquidem eum

Tar-

Tarquinius ſuperbus ſibi vindicavit proprium, quem rege pulſo, bonisque ejus publicatis, cives Marti conſecrârunt atque campum Martium appellarunt. *Livius* ita ſcribit: *Ager Tarquinius, qui inter Vrbem & Tiberim fuit conſecratus Marti, Martius deinde campus fuit.* In eo conventus habuit populus Romanus ad creandos magiſtratus, ibi luſtrabant exercitum conſules, militesque novis delectibus conſcripſerunt, quamvis tyrones in Capitolio militiæ adſcriptos, §. 2. affirmet Polybius: ibi Romana pubes palæſtræ operam dedit, & domandi equos, vibrandi haſtas, conjiciendi tela, ſagittas peritè emittendi, artes bellicas ſedulo excoluit: ibi populus ſpectabat naumachiam aliosque ludos; illuſtrium virorum cernebantur ſtatuæ, ut & magnificum ædificium ab Antonino Pio magnis ſumtibus excitatum, à quo haud longe aberat columna in altitudinem ſeptuaginta pedum exſurgens, centum & ſex gradibus inſtructa atque tribus & triginta feneſtris admittens lumen.

Tribunos militum deinceps creant) TRIBVNOS. Græci Χιλιάρχας, i. e. Millenarios duces paſſim vocant, quia in Macedonum Græcorumque exercitu ſupra Centuriones Millenarii iſti erant. Hanc appellationem traduxerunt Romani ad ſuam militiam, etſi cauſa nominis non reſponderet. Quando cœperint illi Chiliarchæ apud Macedones, *Q. Curtius tradit*, nimirum tempore Alexandri M., *qui cum in Media diutius ſubſiſteret, ne deſides otio dimitterent animos, judices dedit, præmiaque propoſuit de virtute militari certantibus. Octo, qui fortiſſimi judicati eſſent, ſingulis militum millibus præfuturi erant. Chiliarchas vocabant, tum primum in hunc numerum copiis diſtributis. Namque antea quinquagenariæ cohortes erant, nec fortitudinis præmia ceſſerant.* Significat ergo, Chiliarchas iſtos tum dari ex virtute cœptos, quod antea non eſſet factum. Polybii tempore quatuor legiones Romani aluere, quibus quatuor & viginti Tribuni præficiebantur, adeoque unicuique legioni ſex præerant Tribuni, quibus commune erat imperium, quorum bini & bini imperabant per vi-

ces

ces. Tribunum militum ita definit *Danetius in Dictionario Antiq. Rom. & Græc.* *Tribunus militum etoit un officier, qui commandoit en chef à un corps de gens de guerre, le Maitre de camp d'une legion Romain.* Nomen apud Latinos illis inditum eſt a tribu eine Zunfft, ſive a tribus drey: quia Romulus populum Romanum in tres Claſſes, ſive tribus Ramnium, Lucerum, Tatium olim deſcripſit, & Tribunos e tribus illis claſſibus electos ad exercitum emiſit, videatur infra TRIBUS p. 19. Tribunos igitur militum primò creavit Romulus, poſt Romulum ceteri Reges & Conſules, denique etiam populus in hunc honorem jus & ſuffragium ſibi ſumſerat, A. V. CCCXCII. cum quatuor & viginti tribuni crearentur, populo e numero illo ſex tribunos creare licuit, quarta parte locorum illorum relicta. A. V. CCCCXLIIII. populus Conſulibus partem tertiam reliquit, & ſibi ſenos denos ſumſit: denique parem numerum Tribunorum Conſules & populus crearunt. Livius Lib. VII. IX. XLIV.

Tribunorum igitur militarium duplex genus erat, & eorum, quos populus deſignavit, digniores ceteris habitos, & eorum, quos Conſules creabant, a Rutilio Rufo, qui de eorum jure legem tulit, Rutilos ac pòſt Rufulos vocatos. Hi in exercitu creati ſunt, illi Romæ in Comitiis deſignati, unde Comitiati dicti. Aſconius id docet in Verrino Comment. Lib. II. & ſic a Polybio, qui ſcribit, Romæ delectum a Conſulibus habitum, & ante eum Tribunos eſſe deſignatos, diſſentit, oſtendens, Rufulos in exercitu eſſe creatos: Sed ſciendum, Aſconium loqui de more ſui temporis. Romani, Polybii ævo, nondum perpetuum aluerunt militem, aſt eum ſingulis annis mutarunt. Aſconii autem & Ciceronis tempore, perpetuæ militarunt legiones, nec annuo delectu ulterius opus fuit, niſi forte in ſupplementa: ita Prætores aut Conſules, aut qui pro iis, creabant non Romæ, ſed in provinciis, adeoque in exercitu ſæpe. Sic a Cicerone, cum in Cilicia Proconſul jam eſſet, Scaptius Tri-

Tribunatum accipit. Ipſe ad Cæſarem in Galliam ſcribens, Trebatio neque Tribunatum neque Præfecturam, ſed benevolentiam petit. Hactenus expoſuimus, a quibus Tribuni ſint creati.

Hi Tribuni rurſus in duplici erant differentia; *Equeſtres* nimirum & *Pedeſtres vel Plebeji:* Equeſtres ſunt ex Equitum corpore lecti, Pedeſtres ex plebe, quæ pedibus militabat. Cum Tribuni poſt dimidiata demum ſtipendia confecta, nec prius, conſtituerentur; Equitibus vero dena, peditibus autem vicena eſſent conficienda, hinc illi poſt quina ſtipendia lecti, hi plebeji poſt dena; unde illi *Iuniores*, hi *Seniores* dicti, quia annis aut certe ſtipendiis majores fuerant. Et hoc Equitum dignitati datum videtur, ut prius citiuſque Tribuni fierent, quam plebeji, quod reipubl. intererat, ut iſti ex optimis ſtatim ad eam accederent.

Quatuordecim) Iuniores ſive ex equeſtri Ordine, quatuordecim, decem autem ex plebe ſunt creati, quia plures habere voluerunt honeſtiores. Quinam fuerint Tribuni primi loci vel ſecundi; aut qui dignitatis prærogativam in gradu, ſede, inceſſu habuerint, dicemus p. 38. Præter hos in antiquis ſcriptoribus crebra fit mentio aliorum Tribunorum, quorum præcipuos in gratiam juventutis, Αρχαιολογίᾳ Romanæ deditæ ſaltem nominabimus.

TRIBVNVS cohortium Prætorianarum. Hic eſt præfectus militum, quos Conſul, Prætor, & poſteriori ævo Princeps ad cuſtodiam Corporis habuit. Danetius: étoit comme nos Capitaines des Gardes, qui auoient ſoin de la garde du Prince.

TRIBVNVS Celerum. Livius Lib. II. c. 15. ſcribit, Romulum etiam trecentos armatos ad cuſtodiam corporis, quos Celeres appellavit, non in bello ſolum, ſed etiam in pace, habuiſſe. Illos quidam veteres vel a miniſterii celeritate vel a duce quodam ſuo, Celere dicto, ſic

ſic appellatos eſſe, tradiderunt. A qua ſententia recedunt quidam recentiores, neque forte præter cauſam. His enim Celer ab Æolica voce κέλης, pro voce communi κέλης, dici videtur, quæ vox & equitem notat. Quæ ſententia eſt Iul. Cæſ. Scaligeri, L. I. Poët. c. 22. Salmaſii, in Exercit. Plin. p. 81. & Gerh. Ioa. Voſſii, in Etymologico ſub voce Tribunus. Is igitur, qui Celeribus præerat, appellatus eſt Tribunus Celerum, & ejusdem dignitatis fuiſſe videtur cum Tribuno cohortium prætorianarum.

TRIBUNI Ærarii fuerunt adminiſtratores pecuniæ publicæ ad bellum gerendum deſtinatæ, quam illi ad quæſtores in provincias miſerant. Ad hoc officium ditiſſimus quisque ex plebe lectus admovebatur, ut ſolvendo eſſet, ſi creditam ſibi pecuniam intervertere auderet.

TRIBUNI PLEBIS civiles erant magiſtratus, ſed inter omnes modo commemoratos Tribunos dignitate eminentes. His conſtituendis Nobilium inſolentia & divitum avaritia occaſionem dedit. Florus Lib. I. c. 13. *Prima diſcordia ob impotentiam fæneratorum, quibus in terga quoque ſerviliter ſævientibus, in ſacrum montem plebs armata ſeceſſit, ægreque, nec niſi tribunos impetraſſet, Menenii Agrippæ, facundi & ſapientis viri auctoritate revocata eſt.* Extat orationis antiquæ ſatis efficax ad concordiam fabula, qua diſſenſiſſe inter ſe quondam humanos artus dicitur, quod omnibus opere fungentibus ſolus venter immunis ageret, deinde moribundos a ſejunctione rediiſſe in gratiam, quando ſenſiſſent, quod ejus opera redactis in ſanguinem cibis irrigarentur. Ex quo patet, plebem a nobilitate oppreſſam in ſacrum montem, qui trans Anienem fluvium fuit, ultra tertium milliarium, ſeceſſiſſe, nec aliter in gratiam redire voluiſſe cum Senatu, niſi hoc magiſtratu conſtituto illis caveretur. Id quod factum A. V. CCLX. Montem, in quem ſeceſſit plebs, quidam ſacrum appellatum eſſe, tradi-

derunt, quoniam legatio illa ſolennis a Senatu miſſa Plebi fidem & amicitiam Conſulum & Senatus obtulerant & jurejurando firmaverant. Alii autem putant, illum a Floro ſacrum appellari, quoniam Jovi fuerat conſecratus. *Auctores Feſtus, Appianus, Auguſtinus c. 18. de Civ.* Primùm creati ſunt quinque, C. Licinius & L. Albinus, qui tres alios ſibi adſciverunt; omnes e plebe lecti & ideo conſtituti, ut plebi auxilium ferrent contra conſules. Hic magiſtratus plebi erat ſacroſanctus, & capitis pœnam denunciarunt iis, qui perſonam Tribuni quocunque modo læſiſſent. A. V. CCXCVII. aucto numero, decem creabantur. Ceterum Tribunitia poteſtas fuit maxima. Abrogabant Senatus conſulta, & reſcindebant decreta conſulum. Nihil ratum erat, niſi accederet Tribuni conſenſus, quem declaravit adſcripta litera T. ſin minus decretum placeret, ſcribebant Veto. Veſte purpurea utebantur, nec magiſtratus hic ceſſavit, licet Dictator eſſet creatus. Mulctabant exilio & carcere ſontes, cujuſcunque eſſent conditionis. Ipſum Conſulem & Dictatorem jure provocationis apud populum accuſabant, ſed finito eorum magiſtratu. Janua ædium, quas incoluere, die noteque patebat, ut populo, quocunque tempore viſum eſſet, Tribuni auxilium implorandi copia eſſet. Tamen ipſis neque ſella curuli uti, neque in ſenatum venire licuit. Sedentes ad januam, inquirebant, quibus de rebus Senatus conſilia iniret. Nec ante eos lictores ibant; ſed tantum unus Accenſus. Lex Atinia multum detraxit de auctoritate eorum, quæ prohibuit Tribunos leges ferre, conciones habere, provocare ad populum &c. Verum poſtea Coſſ. Q. Aurelio Cotta & L. Octavio, A. V. 678. adaucta iterum auctoritate, ipſis faſces præferebantur: quod jus illis confirmavit Pompejus. Tribunitiam poteſtatem magis illuſtrabant Principes, tanti eam æſtimantes, ut ipſi Tribunorum titulum ſumerent. Auguſtus ſane hunc magiſtratum triginta annos geſſit.

Tri-

Tribuni vox, ut ſupra dictum, derivatur a tribu **eine Zunfft**, ſive a tribus **drey**. Romulus populum omnem Rom. in tres claſſes diviſit, easque TRIBUS, illarum autem capita Tribunos nominavit. Primam Ramnenſium a Romulo, ſecundam Tatienſium a Tatio, tertiam Lucerum ab incerta origine appellatam eſſe, Livius tradit. Servius Tullius ſextus Romanorum Rex, aucto civium numero, aliam Tribum adjecit, & omnes incolas in quatuor tribus diſtinctos, communi nomine dixit Tribus Urbanas, & a diverſis urbis, quas incolebant, regionibus, Suburranam, Palatinam, Esquilinam & Collinam vocavit. Cum eos, qui agrum colebant, etiam in quinque tribus deſcriptos, tribuum ruſticarum nomine inſignivit; numerus tribuum diverſis acceſſionibus auctus tandem ad triginta ſex excrevit, quæ iterum augebantur, ſociis civitatis jure donatis.

Equitibus dena, peditibus vicena) hunc locum ſanitati reſtituit Lipſius. Equitum fuiſſe decem ſtipendia Livius docet Lib. 21. *Addiderunt acerbitati & tempus, ne præterita ſtipendia procederent iis, qui Equo publico meruerant, ſed dena ſtipendia equis privatis facerent.* Loquitur de iis, qui ad Cannas fugerant, & hac ignominia affectos a Cenſoribus, ut ne in numerum venirent ſtipendia præterita, utque iterum de novo ſtipendia ſua dena facerent, & quidem equis ſuis ac privatis. Idem ex Plutarcho clarius patet, apud quem Gracchus in Or. quadam jactat: *ἐστρατεῦσθαι δώδεκα ἔτη, τῶν ἄλλων δέκα στρατευομένων ἐν ἀνάγκαις* *militaſſe ſe annos duodecim, cum alii non niſi decem neceſſario militent.* Quis ambigit, quin Gracchus hic inter equites fuerit? qui in gloria ſua ponit, ſe duodecim ſtipendia confeciſſe, præter mores & legem dena tantum exigentem. Quod Pedites vicena meruerint, patet ex Polybio ipſo, qui mox ſubjungit: *ὀφείλουσιν οἱ πεζοὶ στρατεύειν εἴκοσι στρατείας ἐνιαυσίους·* *Pedites conficere annua ſtipendia viginti.* Idem ex Livio colligimus, apud quem Sp. Liguſtinus quidam detrectat militiam Macedonicam,

& ſic ſe excuſat: *Viginti duo ſtipendia in exercitu emerita habeo, & major ſum annis quinquaginta.* Duplicem rationem affert, quod & ſtipendia largiter confecerit (duo ſupra numerum) & quod ætatis jam beneficio debeat vacare. Suidas: Βετεϱανὸς παϱὰ Ῥωμαίοις ὁ ἀπολυθεὶς τῆς ϛϱατείας, ἐπὶ εἰκοσαέτιαν δὲ ἐδούλευον. *Veteranus Romanis dicitur militia dimiſſus; in viginti autem annos merebant.*

Intra annum ætatis quadrageſimum ſextum) antequam de fine militiæ agamus, nonnulla præmittere libet de initio. Iuvenes ſeptendecim annos natos militiæ adſcripſerunt Romani, id docet *apud Gellium L. 10. c. 28. Tubero*: *Servius* ab anno decimo ſeptimo, quod idoneos jam eſſe Reip. arbitrabatur, milites ſcripſit. Interdum in juventutis & militum inopia etiam minores annis ſeptem & decem ſacramentum dixerunt, id quod *Livius L. XXX.* oſtendit. Sæpe etiam ambitio intervenit, & nonnulli, ut cito ad honores & Tribunatus venirent, ante id tempus militiæ nomen dederunt. Quod autem Gracchi lex poſtea interdixit, νεώτεϱον ἑπτὰ καὶ δέκα ἐτῶν μὴ καταλέγεσθαι ϛϱατιώτην, *juniorem annis ſeptem & decem militem non legi.* Habemus militiæ initium. Idem mos & hodie obtinet, ut nullus juvenis facile adſcribatur militiæ, octodecim annis minor. Finem attulit annus quadrageſimus ſextus ex mente Polybii, intra quod tempus complenda erant pediti vicena ſtipendia. Quibus confectis, miles dimiſſus, audiebat Veteranus. Suidas, cujus locum jam ſupra dedimus, ait: Βετεϱανὸς παϱὰ Ῥωμαίοις ὁ ἀπολυθεὶς τῆς ϛϱατείας; ἐπὶ εἰκοσαέτιαν δὲ ἐδούλευον. Veteranus diciturRomanis dimiſſus; in viginti autem annos merebant. In Codice Juſtinianæo Lib. I X. Quando provoc. non eſt neceſſ. conſimiliter Veterani definiuntur, qui poſt viceſima ſtipendia honeſtam vel cauſariam miſſionem ſunt conſecuti. Hinc cum apud Tacitum milites per ſeditionem expreſſiſſent, ut decimus ſextus ſtipendii annus finem adferret, diſplicuit Patribus & Principi, & eo ab-

abrogato, mos priſcus repoſitus, decretumque ut viceſimo militiæ anno Veterani dimitterentur. Sed inſtas, ſi quis ab anno XVII. ad XVI. militarit, eum non viginti annos militaſſe. Hic ſciendum, continuam olim militiam non fuiſſe, ſicuti poſteà, cum perpetuæ legiones ſunt inſtitutæ; ſed bello quodam confecto, aliquantiſper deſinebant. Lex igitur volebat, ut intra illos annos, quos utiles militiæ dicebant, quisque neceſſario impleret ſtipendia ſua viginti. Poterat quidem prius; & exempli cauſa, qui continuo militabat, implevit ea trigeſimo ſeptimo anno, ſed poterat, non debebat. Hi ſunt anni illi triginta, de quibus nonnulla Auctorum loca ſunt capienda. Sic Cæſarem Salluſtius monet, ut videat, ne militia injuſta ſit, cum alii triginta, pars nullum ſtipendium faciat. Rurſus aliud de anno quadrageſimo ſexto oritur dubium, cum alii quinquageſimum annum militiæ finem afferre dicant, *Seneca de brev. vit. c. ult. Lex a quinquageſimo anno militem non cogit.* Hæc ita poſſunt conciliari. Inſtitutum illud Servii de annis quadraginta ſex ſartum tectumque manſit; ſed pone, aliquem caſu aut morbo impeditum eſſe, quo minus ſtipendia ſua infra tempus modo dictum impleret, ille cogi potuit uſque annum quinquageſimum. Haud diſſimilis mos etiam apud Græcos obtinuit. Servius diſtinxit Claſſes in centurias Juniorum & Seniorum; illi erant, qui militabant, hi, qui vacabant, niſi in magna neceſſitate. Ceterum in milite ſcribendo obſervabatur Ætas de qua diximus, deinde Cenſus.

Infra quaterna millia æris cenſi ſunt) Servius Tullius, Rex Romanorum VI. *CENSUM* inſtituit, i. e. populum in Claſſes diviſit, idque pro opibus, ex quibus delectus atque alia reip. munia adminiſtrarentur. Reperta ergo civium Romanorum 80000, quorum quisque liberos, ſervos & facultates profiteri tenebatur; ſiquidem ſecus facientium bona Rex publicavit. Cenſu finito, non profecto viliores quosdam in militiam legebat, ſed divites, honeſtos, & quos res privata rei quoque publicæ alligaret. Quinque autem, ut Livius me-

memoriæ prodidit, claſſes conſtituit, quarum *Quinta*, eaque infima claſſis undecim millia habuit, ſive undecim quingenta, ut verius Dionyſius, infra hanc autem qui eſſent, iis nulla militandi facultas dabatur. Cur ergo dicit Polybius, qui infra drachmas quadringentas, quæ ſunt Romano more, quaterna millia æris? Sine dubio Polybii ævo & deinceps mutatio hujus rei facta. Nam cum olim tota Sexta Claſſis vacua eſſet, non placuit, tantam multitudinem munerum omnium eſſe expertem. Itaque inſtituta nova aliqua diviſio & Sexta illa numeroſa Claſſis, diſtributa quaſi in tres iterum claſſiculas pro ratione cenſus, *Prima* fuit, de qua Auctor in §. 1., eorum, qui a mille ducentis drachmis, ſive duodecim millibus æris, pertingerent ad quadringentas. *Altera*, qui ab iſtis ad centum quinquaginta. *Tertia* denique, qui ad triginta tres, paulo ſupra. Id quod videtur adſtrui poſſe ex Agellio Lib. XVI. c. 9. qui in plebe Romana tenuiſſimi pauperrimique erant, neque amplius quam mille quingenum æris in cenſum deferebant, *Proletarii* appellabantur; qui vero nullo aut perquam exiguo ære cenſebantur, *Capitecenſi* vocabantur. Extremus autem Capitecenſorum cenſus æris fuit trecenta ſexaginta quinque. Sunt enim certe aliqui ſupra iſtum Proletoriorum cenſum mille quingenum æris; qui autem? Quatermillenarii à Polybio dicti. Pauperes igitur non niſi in neceſſitate & tumultu ſcripti; non tamen in aciem educti aut legionibus miſti ſunt; ſed in Urbe habebant eos ſub oculis & cura ſeniorum, urbis mœnibus aut portis cuſtodiendis adhibitos: huc ſpectant Ennii verſus:

Proletarius publicitus ſcutisque feroque
ornatus ferro, muros, urbemque forumque
excubiis curat.

Paulatim tamen eò ventum, ut Proletarii & Capitecenſi etiam in militiam vulgo ſcriberentur. Marius liberti-

nos

nos & tales, qui nati e ſervis, primo legit. Et deinceps etiam liberti cum aliis tenuioris ſortis civibus promiſcue admiſſi ſunt. Imo etiam ſocii paulo poſt civitate donati, & ex iis milites in legiones ſcripti. Interim Sextani ſive tenuioris fortunæ homines regulariter ad uſum nauticum reſervati. Id quod præter Polybium diſerte tradit *Livius Lib. XXII. magna vis hominum conſcripta Romæ, libertini etiam, quibus liberi eſſent & ætas militaris, in verba juraverant. Ex hoc urbano exercitu, qui minores quinque & triginta annis eſſent, in naves impoſiti, alii ut urbi præſiderent relicti.* Quare autem militia navalis vilior fuerit, non apparet: an quia periculorum ibi plus & metus etiam ignavæ mortis? an quia parum loci virtuti & robori militari? an quia paulatim animos quoque dehoneſtat & corrumpit? vilior certe Romanis habita eſt hæc militia: id quod rurſus ex Livio Lib. XXII. colligitur: *Navales ſocii, relictis nuper claſſibus ad ſpem honoratioris militiæ transgreſſi, i. e. terreſtris:* Dum hæc ſcribo, incidi in nonnulla loca, ex quibus videre eſt, non tantum tenuiores homines, ſed ſervos ipſos in numerum militum relatos. Tempore Hannibalis, cum neceſſitas id expreſſit, non ſolum octo millia ſervorum in militiam emta, quòd Livius aliique produnt, ſed & paſtores in equites adſumti. Docet Valerius Lib. VII. ex Apulia quoque & Fidiculis ſeptuaginta atque ducentos ad ſupplementum equitatus eſſe emtos. Atque hos ipſos ſtatim appellat a paſtoralibus caſis collecta mancipia. Pompejus, bello in Cæſarem ſuſcepto, ibi etiam ſervos paſtores armat, atque his equos diſtribuit, quod in Cæſare Lib. I. B. Civ. Pompejo exprobratur. Qui officio Cenſorio præerant, dicti ſunt

CENSORES. Hi duo curabant: primum cenſu celebrato, quod quinto quoque anno fiebat, inquirebant in civium & numerum & facultates: deinde corrigebant mores: de priore functione diximus ſupra: Quod ad

alteram attinet, tres ordines in quos Populus R. erat diſtinctus, Senatorium, Equeſtrem & Plebejum luſtrabant. Prima luſtratio appellabatur *Lectio & Recitatio Senatus*; altera *Cenſio, Recenſio & Recognitio*; & tertia *Cenſus aut Luſtrum*. Cenſores in ſella curuli ſedentes legebant & recitabant Senatum, ſingulos Senatores nominatim evocando, manu tenentes tabulas, in quibus conſignaverant nomina & eorum, quos ob morum pravitatem ſenatu movere, & eorum equitum, quos in locum vacuum ſurrogare conſtituerunt, id quod dicebant: *legere in Senatum*. Id comprobamus exemplo Salluſtii, qui juſſu Cenſoris Senatu motus ac detruſus eſt, quod ſe diceret non cum matronis, ſed cum libertinis conſuetudinem habuiſſe. Hujus flagitii meminit Agell. L. XVII. c. 18. e M. Varrone, qui C. Salluſtium ſcriptorem ſeriae illius & ſeverae Orationis, in cujus hiſtoria notiones cenſorias fieri atque exerceri videmus, in adulterio deprehenſum ab Annio Milone loris cæſum dicit, & cum dediſſet pecuniam, dimiſſum. Tum recenſebant Equites, & ſi quis occurreret honeſtis moribus, Cenſor dixit: præteri & traduc equum; videatur nummus hunc morem referens pag. 48. e contrario iis, quorum mores non probarunt, equum & ſtipendium adimebant. *Livius* inter alios id docet *Lib. XXVII. Addiderunt acerbitati & tempus, ne præterita ſtipendia procederent iis, qui equo publico meruerant, ſed dena ſtipendia equis privatis facerent.* Loquitur de iis, qui ad Cannas fugerant, & hac ignominia affectos a Cenſoribus, ut ne in numerum venirent ſtipendia præterita, utque iterum de novo ſtipendia ſua dena facerent, & quidem equis ſuis ac privatis.

Denique cives non Romani ſolum, ſed & municipiorum ſeſe Cenſorum judicio ſiſtebant: qui male vivebant, jure ſuffragii privati, ærarii fiebant, i. e. tributum (quod vernacula noſtra dicis, ein Kopff, Geld, quod in ſingula capita imponebatur) pendebant, & in

Ce-

Ceritum tabulas relati ſunt: quia Cerites civitatis quidem Rom. jure gaudebant, ſed jure ſuffragii deſtituebantur. In numero Cenſorum fuit ille Cato, quem eximie collaudat Corn. Nepos. „ At Cato, cenſor cum eodem„ Flacco factus, ſevere præfuit ei poteſtati. Nam & in„ complures nobiles animadvertit, & multas res novas in„ edictum addidit, qua re luxuria reprimeretur, quæ jam„ tum incipiebat pullulare. Finito Cenſu, populus, di-„ cto die, in Campo Martio armatus convenit, & per„ centurias diviſus.„ Ibi ſacra peragebantur, *Suoue Taurilia* dicta; quia porcum, ovem & taurum immolabant, additis precibus votisque, ut Dii Cenſum felicem fauſtumque eſſe jubeant, & ſibi ſalutem Reip. perpetuo commendatam eſſe velint. Hæc ceremonia dicebatur *Luſtrum conditum.* De Cenſu & Cenſoribus dictum, ſupereſt, ut *REM NVMMARIAM Veterum Romanorum*, quantum quidem ad præſens inſtitutum ſufficit, exponamus, quam video, etiam graviſſimis & doctiſſimis viris parum cognitam eſſe & perſpectam, quod non dubitanter affirmaveris, ſi diverſas eorum explicationes, quibus Auctores Claſſicos illuſtrare conantur, inter ſeſe induſtrie contendas; eoque magis id neceſſarium videtur, cum ſine hujus rei notitia, in Polybio recte intelligendo, nemo inoffenſo pede progredi poſſit.

Sicuti alii populi, ita Romani a principio commercia ſua permutatione mercium, præcipue pecudum, abſolverunt. Deinde uti cœperant ære non ſignato, ſed rudi pondere. Et prodit Plutarchus, Numam Regem Rom. II. ex ferro atque ære primum ſignaſſe pecuniam. Euſebius in Chronico tradit, ſcorteos tantum & ligneos aſſes a Numa datos populo pro congiario.

Plinius Lib. 18. c. 3. & Lib. 33. c. 3. Servio Tullio, ſexto Romanorum Regi, hoc tribuit, quod primus ſignaverit æs, cum ante rudi uterentur Romæ: Signatum autem fuiſſe nota pecudum, unde pecuniam appellatum.

Cum hæc ærea moneta, Romanis *As* quaſi *Æs*, aut *Libra* quia pondere æquavit libram (ein ℔.) dicta, diu multumque Romæ uſitata eſſet, unde formulæ hæ & aliæ: terna, quaterna millia æris, ſubintellige pondo; tandem nummos argenteos cudere cœperunt, eosque a nota valoris *X.* impreſſa, (valuit enim decem Aſſibus ſive totidem pondo æris,) *Denarios* appellarunt, idque factum A. V. *LXXXV.* Hunc Denarium dividebant in *duos Quinarios*, & quemque ſignabant nota *V.* valoris indice quia valuit quinque Aſſibus. *Quinarium* rurſus diviſerant in *duos Seſtertios*, quorum quisque ita notatus erat L-L-S. quoniam valuit duobus Aſſibus aut duobus pondo & ſemiſſe. Scribæ vero compendium ſecuti pro L.L. ſcripſerunt H, quod ipſis denotabat duo pondo, & addiderunt S. quod eſt Semis. Ita ut notula H. S. ſignificaret duo pondo cum dimidio $2\frac{1}{2}$ ℔. Seſtertius igitur dictus quaſi Sesquitertius, quemadmodum Græci dicunt, τρίτον ἡμιτάλαντον, tertium ſemitalentum, indicaturi duo talenta cum dimidio.

Alii cum Budæo arbitrantur, Seſtertium majorem differre a minore, affirmantes, quod Seſtertius gen. maſcul. ſit minor ille nummus argenteus, de quo modo diximus, duobus libris & ſemiſſe valens; majus autem Seſtertium neutr. gen. ſit vocabulum Arithmeticum, in computatione uſitatum, mille minores Seſtertios referens. Et hæc eſt opinio probabilior. Alii Agricolæ adſtipulantes, contendunt, quod Seſtertium idem ſit quod Seſtertius, ita ut Seſtertii deni & Seſtertia dena ſit unum idemque; differentiam tantum eſſe in modo computandi, atque ſi in genitivo dicatur, e. g. dena Seſtertium pro Seſtertiorum, ſubintelligendum Mille: Cum ſcribæ, (ita pergit Agricola,) ſenſum hunc non aſſecuti eſſent, ponebant Seſtertia loco Seſtertium, ubi notam illam Seſtertii deprehenderant adſcriptam: ut e. g. Orat. Cic. in Verrem H. S. ducenta & quinquaginta.

Se-

Secundum *Budæum* igitur *Seſtertium genere neutro idem eſt*, *quod mille ſeſtertii & mille Seſtertiûm ;* qui pluralis genitivus pro Seſtertiorum.) *Decem Seſtertia idem quod decem millia Seſtertiorum.* Sed in hac formula : decies Seſtertium ſcias ſubintelligendum *Mille* , ut ſit & hoc idem : *decies ſeſtertiûm & decies mille ſeſtertium.* Tandem notandum , nummum & ſeſtertium ſæpe idem denotare, ita ut mille nummûm , mille ſeſtertiûm aut mille ſeſtertium nummum ſit unum idemque. *Drachma* , cujus ſit mentio in textu , eſt nomen ponderis, Græcis olim uſitatum & tria ſcrupula conficiens : *ſcrupulum* dividitur in *duos obolos,* ita drachma pondere exæquat ſex obolos. Jam Romanæ pecuniæ pretium indagare, eamque ad noſtræ monetæ valorem reducere libet , idque non Latino, ſed domeſtico ſermone conabimur in gratiam pubis ſcholaſticæ , cujus commodis præcipue opella noſtra inſervire jubetur.

Q. Remius in ſeinem Poëmate de ponderibus & menſuris , vergleichet der Griechen Drachma mit der Römiſchen Untz , und ſaget , ein Drachma ſey ⅛ Untz , octava pars Unciæ. Nun wieget eine Untz ſo ſchwer , als 2. Loth , welches Gewicht auch ein Rthl. hat , welcher dahero Uncialis genennet wird. Dieſen Rthlr. rechne ich zu 90. kr. und dividir dieſe 90. mit 8. , ſo bekomme ich 11¼. kr. , welches ⅛ einer Untz / oder Rthlrs , mithin ein Drachma iſt. Ferner iſt p. 6. & 22. geſagt worden, daß 400 Drachmæ in Römiſchen Geld quaterna millia æris, oder 4000. ℔ Ertz ausmachen. Hier folget aus der Regula proportionum, daß 1. Drachma , dem Werth nach gleichet 10 ℔ Ertz. Und weiter ergiebet ſich , daß , wenn 1. Drachma, oder 10. ℔ Æris 11¼ kr. machen , 1. ℔ Ertz nicht mehr , als 1¼ kr. Rhein. Wehrung ſeye : Da nun ein Römiſcher Denarius 10. ℔ Ertz, welches die darauf geprág-

prägte Zahl X. anzeigte, und ſo viel als ein Drachma, das iſt, nach unſerer Münz 11¼. kr. gilt, ſo iſt ein Quinarius V. ℔, das iſt, 5. kr. 2. Pfen. 1. hlr., ein Seſtertius aber dem Pretio nach, gleich 2½. ℔ Erz, oder 2 kr. 3. Pfen. ½. hlr. Siehe noch deutlicher:

1. Drachma = ⅛. Unciæ.
1. Drachma
10. Aſſes ſive decem æris } = 11¼. kr.
1. Denarius
1. Quinarius = 5. kr. 2. pf. 1. hlr.
1. Seſtertius = 2. kr. 3. pf. ½. hlr.
1. As, ſive 1. ℔ æris 1⅛. kr.

Wir wollen die Sache mit etlichen Exempeln erläutern.

1.) Exempl. *Teſte Dionyſio Halicarnaſſenſi L. IV.* Equites Romani, a Servii Tullii Regis Rom. inſtituto, conſtituebantur ex illis, quibus cenſus erat maximus, hoc eſt, auctore *Livio L. I. c. 43.* centum millium æris. Das Vermögen eines Römiſchen Ritters muſte zur Zeit des Königes Servii T. ſeyn, centum millia æris, oder 100000. ℔ Erz. Wie viel ſind es Rthlr.

Aſſes oder ℔ Erz	kr.	Aſſes.
10 ———	11¼ ———	100000

facit 1250. thlr.

2) Exemp. Julii Cæſaris temporibus non juſtus Eques habebatur, nec juribus & honoribus equeſtribus ordinarie frui poterat, niſi cui in patrimonio eſſent quadringenta ſeſtertia. *Plinius Lib. I. Ep. 19. Eſſe autem tibi centum millium cenſum, ſatis indicat, quod apud nos decurio es. Igitur ut te non decurione ſolum; ve-*

verum etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas facultates trecenta millia nummum. Dieſe 300000. Ꞩ Erʒ, machen 300. Seſtertia. Und alſo war zu Plinii oder des Kayſers Trajani Zeiten cenſus equitum 400. Seſtertia. Es müſſen aber hier, nach oben angeführter Meynung des Budæi, groſſe Seſtertien, welche 400000. kleine ausmachen, verſtanden werden. Wieviel ſind dieſes thlr?

Seſtert.		Fr.		Seſtert.
4	———	11¼	———	400000

facit 12500. thlr.

Woraus erhellet, daß der alte Cenſus weit geringer, als der neuere geweſen, welches doch nach ſelbiger Zeiten Beſchaffenheit, viel Geld war.

3.) Exempl. *Livius Lib. I. c. 43. in hiſtoria Servii Tullii:* Equites, *inquit*, ex primoribus civitatis XII. ſcripſit centurias, ſex item alias centurias ex tribus ab Romulo inſtitutis fecit. Ad equos emendos dena millia æris ex publico data; & quibus equos alerent, viduæ attributæ, quæ *bina millia æris in annos ſingulos penderent.* Ein Röm. Ritter hat, zu Erkauffung eines Pferdes aus der Kriegs-Caſſa 100000. Ꞩ Erʒ bekommen, dahero ein ſolches Pferd equus publicus hieß. Wie viel ſind es thlr.?

Aſſes		Fr.		Aſſes
10	———	11¼	———	10000

facit 125. thlr.

Dieſes Pferd zu erhalten, bekommen ſie jährlich 2000. Æris. Wieviel ſind es thlr?

Aſſ.

Aſſ.	kr.	Aſſ.
10 ——	11¼ ——	2000

facit 25. thlr.

4.) Exemp. Aus dem 1. und 2. Exempel iſt zu ſehen, welches der gröſte Cenſus geweſen, nun wollen wir auch unterſuchen, welches der geringſte war. Livius berichtet, Servius Tullius habe 5. Claſſen gemachet, die 5te und unterſte Claſs hätte undecim millia æris haben müſſen. Wie viel machet dieſer Cenſus thlr?

Aſſes	kr.	Aſſes
10 ——	11¼ ——	11000

facit 137½. thlr.

So war es damals beſchaffen, und wurden diejenigen, welche nicht ſo viel Vermögen hatten, nicht zu Kriegs-Dienſten gezogen. Alleine

5.) Exempl. da aber die 6te Claſs, das iſt derjenigen, die nicht viel vermochten, ſehr zahlreich worden, hat man zu des Polybii Zeiten nicht für gut befunden, daß ſo viel ſtarcke und müßige Leute von den Kriegs-Dienſten ſolten befreyet ſeyn. Dahero man dieſe ſextam Claſſem wieder in 3. kleinere eingetheilet. In die erſte Claſſiculam gehörten diejenigen, welche 400. Drachmas, in die andere, welche 150. Drachm. in die dritte, welche etwan 33. Dr. im Vermögen hatten. vid. p. 22. Wie viel Rthlr. machet der Cenſus einer jeglichen Claſſiculæ?

	Dr.	kr.	Dr.
a.)	1 ——	11¼ ——	400.

facit 50. thlr.

Sunt Quatercentenarii illi, quorum Polybius meminit, §. 1.

Dr.

	Dr.		fr.		Dr.
b.)	1	——	$11\frac{1}{4}$	——	150

facit 18. thlr. Sunt Proletarii.

	Dr.		fr.		Dr.
c.)	1	——	$11\frac{1}{4}$	——	33

facit 4. thlr. 11. fr. 1. pf. Capite cenſi.

ſ.) Exempl. *Cicero Or. Philipp. II. c.* 18. filius ſe ad meos pedes proſternens, lacrymans, te mihi commendabat, orabat, ut te contra ſuum Patrem, ſi ſeſtertiûm ſexagies peteret, defenderem, tantum enim ſe pro te intercesſiſſe. Wie viel Thlr. machen ſexagies ſeſtertiûm oder 60000. Seſtertien.

Seſt.		fr.		Seſt.
1	——	$11\frac{1}{4}$	——	60000

facit 1874. thl.

Urbanum autem magiſtratum &c.) Quando Polybius negat, urbanum Magiſtratum alicui ante capere fas fuiſſe, quam finito ſtipendiorum numero, obſervamus legem rebus Reip. Romanæ ſtabiliendis augendisque inprimis utilem: nam ſic Romani ſpe honorum impetrandorum, lubenti animo ſubiere militiam, nec domi ſpectatæ virtutis cives deſiderabantur. Inde ſine dubio, quæ in nonnullis Imperii civitatibus invaluit, conſuetudinis origo eſt derivanda, qua nemini ad remp. accedere, ſive locum in ordine Senatorio occupare licet, qui non caſtra ſecutus, manſit ſub Jove frigido miles.

Polyb. §. 2.

Ἐπὰν δὲ μέλλωσι ποιεῖσθαι τὴν, κατα- γραφ

Verſio Latina.

QUando Conſules ſunt conſcriptu- ri

γραφὴν τῶν στρατιωτῶν, οἱ τὰς ὑπάτους ἔχοντες ἀρχὰς, προλέγουσιν ἐν τῷ δήμῳ τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ δεήσει παραγενέσθαι τοὺς ἐν ταῖς ἡλικίαις Ῥωμαίους ἅπαντας· Ποιοῦσι δὲ τοῦτο καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτόν· Τῆς δὲ ἡμέρας ἐπελθούσης, καὶ τῶν στρατευσίμων παραγενομένων εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ μετὰ ταῦτα συναθροισθέντων εἰς τό Καπιτώλιον, διεῖλον σφᾶς αὐτοὺς οἱ νεώτεροι τῶν χιλιάρχων, καθάπερ ἂν ὑπὸ τοῦ δήμου κατασταθῶσιν, ἢ τῶν στρατηγῶν, εἰς τέτταρα μέρη, διὰ τὸ τέτταρα παρ᾽ αὐτοῖς στρατόπεδα τὴν ὁλοσχερῆ καὶ πρώτην διαίρεσιν τῶν δυνάμεων ποιεῖσθαι.

ri milites, diem populo edicunt, qua Romanos omnes militaris ætatis ſe ſiſtere oportet: id autem faciunt quotannis. Ubi dies advenit, & Romam apti militiæ convenerunt, iidemque mox in Capitolio congregati ſunt, ibi juniores e Tribunis militum, eo ordine quo quisque eorum vel a populo vel ab Imperatoribus fuerit conſtitutus, in quatuor partes ſe dividunt; ſiquidem apud eos ſumma & prima diviſio copiarum eſt in quatuor legiones.

Commentatio.

QUando Conſules ſunt conſcripturi milites.) De militum *DELECTU* agit Auctor. *Delectus* Græcis eſt στρατολογία, itemque κατάλογος & καταγραφή. Dicunt paſſim κατάλογον ποιεῖσθαι, καταγραφὴν ποιεῖσθαι legere militem, ſcribere militem, ſicut & Romani: de Scriptura ideo,

ideo, quia ſic lecti in tabulas & codices referebantur, ut memoria nominum & ſtipendiorum publice extaret. Itaque κατάλογος etiam pro ipſo tali indice, ut in Suida: κατάλογος, ὁ πίναξ, ἐφ' ᾧ ἐνέγραφον τῶν στρατευομένων τὰ ὀνόματα: Catalogus, liber brevis, in quo militantium nomina ſcribebant. Delectum igitur inſtituunt Conſules, qui, licet Tribuni jam ſint electi; tamen ipſi præcipua hujus rei negotia expediunt. Summæ rei præſident conſules; Tribuni autem adminiſtrant & exequuntur per partes. Polybius de Rep. Rom. inter munia, Conſularia hoc recenſet: καταγράφειν στρατιώτας καὶ τοὺς ἐπιτηδείους καταλέγειν, conſcribere milites & idoneos deligere. Hinc etiam certum diem dicunt militibus deligendis deſtinatum; idque vel *Voce*, vel *Scripto*, quod *Livius* edictum nominat, *Lib. VI. Juniores Romam ad Edictum ſine detractione convenerant.* Scripto ſive edicto regulariter hic dies dictus eſt; voce autem, ſi periculum in mora erat, & ſcriptum videbatur nimis tardum. Præterea aliud erat ſignum, quod non niſi ſub ipſum conventus diem ex arce tollebant. Ad quod alluſit *Virg.* Lib. 8. Æn.

ut belli ſignum Laurenti Turnus ab arce extulit,

illud belli ſignum fuit vexillum ad comitia & exercitum conſcribendum. Apud Romanos tria fuerant militiæ genera in bellis gerendis. Nam aut *LEGITIMA* erat *militia*, aut *CONIVRATIO* aut *EVOCATIO*. Legitima erat militia eorum, qui ſinguli jurabant pro rep. ſe eſſe facturos, nec diſcedere niſi ſtipendiis completis. In tumultu vero, qui erat ducturus exercitum ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo vexilla, unum ruſſeum, quod pedites evocabat, alterum cæruleum, quod erat equitum, dicebat: *qui remp. ſalvam eſſe vult, me ſequatur:* & cum illi, qui convenerant, ſimul juraſſent, dicebatur illa militia conjuratio. Fiebat etiam evocatio, ſi ad diverſa loca diverſi propter cogendos mitte-

 ban-

bantur milites. Servius igitur in Virgilianum illum locum vult, non niſi in tumultu illa belli ſigna aliquando propoſita eſſe.

In Capitolio congregati ſunt.) *CAPITOLIUM*, ſive *Mons Capitolinus*, initio a Saturno, qui ibi domicilium ſuum conſtituit, Saturninus; deinde a Veſtali virgine Tarpeja, quæ arcem Sabinis Romanorum hoſtibus prodidit & vivens ibi obruta eſt, Tarpejus; & denique a capite Toli cujusdam ibi invento, Capitolium appellatus, præcipua laude ob altitudinem & ædificiorum ſplendorem ferebatur ex omnibus, quos Roma ambitu ſuo complectitur, montibus. Hic arce & ſitu & opere multum edita ſuperbiebat, atque ſexaginta templis, inter quæ templum Jovis, qui inde dicitur Capitolinus, eminuit, cujus fundamenta jecit Tarquinius Priſcus, coronidem impoſuit Tarquinius ſuperbus, dedicavit Horatius Pulvillus. Ibi vota & juramenta religioſe faciebant & tabulas rerum publice geſtarum confirmabant Romani: ibi Principes civium fidem jurejurando obſtringebant, & ibi Magiſtratus, ut & Imperatores, confecto bello, triumphum agentes Diis gratias agebant: ibi etiam, docente Polybio, delectus militum peragebatur. Convenerant congregati cives in Capitolium, ut delectus fieret, ſive in ejus aream, ſaltem in auguſtum & ſacrum locum, ut ante oculos religio & Jupiter O. M. obnoxios magis promtioresque ad parendum redderet. Si credimus *Appiano*, non ſolum Delectus, ſed alia etiam ad bellum neceſſaria, ibidem peragebant: ἡ δὲ βουλὴ εἰς τὸ Καπιτώλιον, ὅπερ εἰώθασι περὶ πολέμου σκοπεῖν, συνῆλθε· *Senatus in Capitolium, ubi ſuper bello deliberare ſolent, convenit.* Supra diximus p. 14. Conſules in Campo Martio luſtraſſe exercitum & militem conſcripſiſſe, auctoritate Dionyſii nixi, qui Lib. 8. ait: Conſules in ſubjecto campo curules ſellas (τοὺς στρατηγικοὺς δίφρους) poſuerunt, ubi & delectum habuerunt. Aſt Lipſius putat, id a Dionyſio ut novum notari, quod in campo; nam ordi-

dinarie ſolebant in Capitolio; ſed eo factum, ut Tribunitiæ interceſſiones vitarentur, quibus non ibi locus.

Iuniores Tribuni) ſunt illi, qui ex equitibus lecti, dicebantur juniores; quia plebeji & ætate & ſtipendiis majores & ſeniores erant vid. p. 16.

Eo ordine, quo quisque eorum &c.) Ut æmulatio evitaretur & contentio de loco. Etenim primi ceteris præferebantur, & honoratiores cenſebantur. Hoc igitur caverunt Romani & locarunt eos, uti erant deſignati. Cum vero Tribuni a populo alii, alii a Conſulibus crearentur, adeoque plures primi vel ſecundi loci eſſe poſſent, id obſervatum eſt, ut unius generis Tribuni eodem loco haberentur Equeſtres aut Plebeji. Jam in Equeſtribus ſi duo primi (unus videlicet a populo, alius a Conſule) præire juſſus eſt ille popularis. Nam publica illa ſuffragia ſemper honeſtiſſima habita, & viri clari fere a populo hunc Tribunatum petierunt. Idem in Plebejis cenſeo, præiſſe, inquam, Populares, ubi idem gradus.

Prima diviſio in quatuor legiones.) Polybii tempore plerumque Conſuli cuique duæ attributæ ſunt Legiones, ita ut totus exercitus conſtaret quatuor legionibus. At imperio aucto, & Prætoribus creatis, qui in provincias mitterentur & ſæpe ad bella, notum eſt, plures legiones ſcriptas. Imo id factum jam ante Polybii ævum, quoties magnum aliquod bellum incidit. Ita ſub initium ſtatim liberatæ urbis; M. Valerio Dictatore, decem legiones ſcribebantur. Poſt Cannenſem cladem Livius prodit, duo deviginti legionibus rem geſtam, & haud ita multo poſt, ſummam trium & viginti legionum completam. Unus Cornelius Cinna, ut ait Vellejus Lib. II. ex novorum civium delectu trecentas amplius cohortes ſcripſit & triginta legionum inſtar effecit. Pompeji & Cæſaris bello, ſparſas in diverſis locis plusquam quadragin-

Google

ta legiones aluerunt Romani. Quid in Mutinenſi & Philippenſi? Appianus prodit, V. Civil. ſoli Octaviano Cæſari fuiſſe quadraginta legiones, cum bellum pararet in Antonium, Domitium Ænobarbum & Sextum. Et quid cenſemus de tribus illis aliis, qui ſine dubio pares aut fortaſſe majores copias habuerunt.

Polyb. §. 3.

Τοὺς μὲν πρώτους καταςαθέντας τέτταρας εἰς τὸ πρῶτον καλούμενον ςρατόπεδον ἔνειμαν. Τοὺς δ' ἑξῆς τρεῖς, εἰς τὸ δεύτερον, τοὺς δ' ἑπομένους τούτοις τέτταρας, εἰς τὸ τρίτον, τρεῖς δὲ τοὺς τελευταίους, εἰς τὸ τέταρτον. Τῶν δὲ πρεσβυτέρων δύο μὲν τοὺς πρώτους, εἰς τὸ πρῶτον, τρεῖς δὲ τοὺς δευτέρους, εἰς τὸ δεύτερον τιθέασι ςρατόπεδον, δύο δὲ τοὺς ἑξῆς, εἰς τὸ τρίτον, τρεῖς δὲ τοὺς τελευταίους, εἰς τὸ τέταρτον. Γενομένης δὲ τῆς διαιρέσεως καὶ καταςάσεως τῶν χιλιάρχων τοιαύτης, ὥςε πάντα τὰ ςρατόπεδα τοὺς ἴσους ἔ-

χειν

Verſio Latina.

Quatuor quidem illos, qui primi creati fuerunt, legioni, quam vocant primam, attribuunt, tres proximos, ſecundæ; quatuor, qui hos excipiunt, tertiæ; tres noviſſimos quartæ. Seniorum autem duos quidem primo creatos in prima locant legione, tres ſecundo loco deſignatos, in ſecunda; duos proximos, in tertia, tres poſtremos in ultima. Peracta vero electione & diviſione tribunorum, ſic ut ſingulæ legiones totidem duces habeant, poſtea ſeparatim ſedentes cu-

jus-

χειν ἄρχοντας. Μετὰ ταῦτα καθίσαντες χωρὶς ἀλλήλων κατὰ στρατόπεδον, κληροῦσι τὰς φυλὰς κατὰ μίαν, καὶ προσκαλοῦνται τὴν ἀεὶ λαχοῦσαν.

que legionis tribuni ſigillatim tribus ſortiuntur, & ut cuique ſors contigit, eam ad ſe vocant.

Commentatio.

Quatuor, *qui primo creati fuerunt)* ingenioſa diviſio, ut omnia in hac militia. Miſcuerunt plebejos cum equeſtribus, ſed ita, ut hi, alternante numero, aut pares eſſent aut ſuperiores. Ita primorum civium par aut majus ſemper imperium.

Seniorum autem.) Tribuni ſeniores qui appellentur, jam ſæpius dictum. Hi ſunt ſine dubio, quos *Cicero Oratione in Verr. Veteres* appellat; Hi tres homines, *veteres Tribuni militares* ſunt deſignati. Ex §. 1. conſtat, quatuordecim tribunos ex equitum corpore lectos, decem ex peditum numero. Mixtio autem illorum ita fiebat;

Equeſtres ſive Juniores attribuunt	Seniores ſ. Plebejos
4 primæ legioni	2. primæ legioni
3. ſecundæ	3. ſecundæ
4. tertiæ	2. tertiæ
3 quartæ	3. quartæ
14.	10.

ita ſingulis legionibus pares numero Tribuni, i. e. ſeni & ſeni præfuerunt.

Separatim ſedentes cujusque legionis tribuni) Auctor docet, ſenos & ſenos diſcretos fuiſſe & intervallis diviſos, eo fine, ut quisque ad ſe vocaret & ſeponeret ſuos.

Tribus, ſortiuntur.) Populus fuit diviſus per tribus, has in centurias & claſſes. Si exigua manus ſcribenda eſſet, non omnes tribus, quæ erant XXXV. ad delectum vocatas, auctor eſt Livius. Tribum hanc vel illam non vocabant arbitrio conſulum, ſed ſorte adhibita; idque ob duplicem cauſam, ut æmulatio tolleretur, ne hæc poſthabita illi videretur, aut querela, ne iſta aut alia onerari videretur, ſi forte delectus non iret per omnes. Tribus ſic per ſortem vocata, in centurias ſuas ivit, ex ſingulis tum centuriis & pro cenſu & claſſe milites electi & nominatim citati. Itaque Tabulas ad manus habuerunt, e quibus nomina, ætates & opes cognoſcere potuerunt. An ad indagandam & conquirendam juventutem etiam in Urbe adhibiti ſint Conquiſitores, non conſtat. Illorum munia exponemus p. 64.

Polyb. §. 4.

ΕΚ δὲ ταύτης ἐκλέγουσι τῶν νεανίσκων τέτταρας ἐπιεικῶς τοὺς παραπλησίους ταῖς ἡλικίαις καὶ ταῖς ἕξεσιν· Προσαχθέντων δὲ τούτων λαμβάνουσι πρῶτοι τὴν ἐκλογὴν οἱ τοῦ πρώτου στρατοπέδου, δεύτεροι δ' οἱ τοῦ δευτέρου, τρίτοι δ' οἱ τοῦ τρίτου, τελευταῖοι δ' οἱ τοῦ τετάρτου· Πάλιν δ' ἄλλων τεττάρων προσαχθέντων, λαμβάνουσι

Verſio Latina.

EX ea autem quatuor juvenes eligunt, pares, quoad ejus fieri poteſt, ætate & habitu corporis. His propius admotis, primi electionem faciunt primæ legionis Tribuni; ſecundi, ſecundæ; tertii, tertiæ; noviſſimi, quartæ. Rurſusque aliis quatuor admotis, primi eligunt ſecundæ legionis Tribuni, & ſic dein-

σι πρῶτοι τὴν αἵρεσιν οἱ τοῦ δευτέρου στρατοπέδου, καὶ ἑξῆς, οὕτως· Τελευταῖοι δ' οἱ τοῦ πρώτου. Μετὰ δὲ ταυτα πάλιν ἄλλων τεττάρων προσαχθέντων, πρῶτοι λαμβάνουσι οἱ τοῦ τρίτου στρατοπέδου, τελευταῖοι δ' οἱ τοῦ δευτέρου, καὶ ἀεὶ κατὰ λόγον, οὕτως ἐκ περιόδου τῆς ἐκλογῆς γινομένης, παραπλησίους συμβαίνει λαμβάνεσθαι τοὺς ἄνδρας εἰς ἕκαστον τῶν στρατοπέδων.

deinceps; ultimi vero primæ. Poſt hæc aliis denuo quatuor adductis, primi eligunt tertiæ legionis Tribuni; ultimi, legionis ſecundæ. Et ita, dum hac ratione ſemper idem electionis orbis volvitur, eve illud, ut pares ac ſimiles capiantur in quamque legionem milites.

Ex ea eligunt) notandum. Tribum ſorte vocatam, & in centurias diſtinctam, ex centuriis autem milites electione, non ſorte vocatos ad militiam. Nihilominus id interdum mutatum eſſe, tradit Appianus: καὶ στρατείαν εὐθὺς ἐκλήρουν ἐς Ἰβηρίαν, τότε πρῶτον ἀντὶ καταλέξεως: *& exercitum ſorte ſcripſerunt in Hiſpaniam, tunc primum loco delectus;* addit hanc rationem: Cum multi accuſarent Conſules, quod injuſte & inique delectus haberent, & quosdam ad leviores aut minus periculoſas expeditiones ſumerent, viſum tunc Senatui SORTE milites ſcribere.

Quatuor juvenes ætate & habitu corporis pares.) Electi ſunt ex aſpectu & tabulis; ſiquidem ex aſpectu ætatem dijudicarunt & e tabulis cenſum, cujus habita maxime ratio. Juvenes ſunt electi, i. e. *Velites*; adeoque ab infimo genere militum orſi ſunt. In hac citatione eo etiam reſpiciebant, ut primus miles boni nominis eſſet;

captabant enim ex eo omen. *Cicero l. de divin. In delectu Conſules obſervant, ut primus miles fiat bono nomine; hinc boni ominis gratia, in delectu cenſuve primi nominabantur Valerius, Salvius, Statorius.* Aliud militum genus eſt eorum, qui neque electione neque ſorte ſcripti, SUBITARII aliàs dicti.

SUBITARIUS MILES. Ubi in vicinia hoſtis, aut repentinum periculum & auxilium ſubito ferendum, omiſſis tribubus, centuriis, ſorte, milites confuſe & raptim capiebant, eosque educebant. Quod militum genus *Subitarios* vocarunt. *Livius, Lib. 3. Senatum Conſules vocant, jubentur ſubitarium ſcribere exercitum atque in Algidum ducere, atque ita ſcribere, ut ſine diſcrimine aut excuſatione ſæpe cogerentur juvenes ſenesque.* Pronos interdum & ſpontaneos valde in militiam fuiſſe legimus, nimirum ſi aut Dux apud milites gratioſus erat, ut de Q. Fabio *Livius Lib. X dicit: Concurſus inde ad Conſulem factus omnium ferme Juniorum, & pro ſe quisque nomina dabant: tanta cupido erat ſub eo duce ſtipendia faciendi.* Aut ſi bellum aliquod in ſpe lucri, ut de bello Perſico idem *Livius Lib. XLII. Licinius veteres quosque ſcribebat milites, & multi voluntate nomina dabant, quia locupletes eos videbant, qui priore bello Macedonico, aut adverſus Antiochum in Aſia, ſtipendia fecerant.* Quò pertinet & illud Senis apud Ter. in Heavt. „Ego iſtuc ætatis non amori operam dabam, ſed in Aſiam abii„ hinc propter pauperiem, atque ibi ſimul rem & gloriam„ armis belli reperi„ E contrario in aliis bellis, etiam ſæpe citati ad nomen non reſpondebant, ſed ſilebant & ſe ſubtrahebant. Quæ autem Pœna eos, qui detrectarunt militiam, maneret, jam docebimus.

POENA DETRECTANTIUM MILITIAM fuit (1.) carcer & vincula. Dionyſius Lib. X. πολλοὺς τῶν πολιτῶν ἐκέλευσαν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγειν: *multos civium juſſerunt (ipſi conſules) in vincula & carcerem duci.*

(2.)

(2.) interdum Virgæ adhibitæ in contumaces. (3.) Sæpe damno affecti ſunt cives, i. e. eorum bona direpta aut vendita. (4.) Imo interdum extrema pœna affecti, & morte civili, i. e. venundati in ſervitutem. Valerius Lib. VI. c. 3. „Tunc M. Curius præfatus, non eſſe opus reip. eo cive, qui parere neſciret, & bona ejus & ipſum vendidit.„ Auguſtus detrectantes militiam & bonis & fama multavit apud Dionem, ſortitione tamen facta. Καὶ ἐπεὶ, inquit, μηδεὶς τῶν τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν ἐχόντων καταλεχθῆναι ἠθέλησεν, ἐκλήρωσεν αὐτοὺς, καὶ τῶν μὲν μηδέπω, πέντε καὶ τριάκοντα ἔτη γεγονότων τὸν πέμπτον, τῶν δὲ πρεσβυτέρων τὸν δέκατον, ἀεὶ λαχόντα, τήν τε οὐσίαν ἀφείλετο καὶ ἠτίμωσε. *Et quoniam Juniorum nemo in militiam allegi voluit, ſortitus eſt eos; & eorum, qui nondum quinque & triginta annos expleſſent, quintum quemque eorum, qui majores, decimum ſorte ductos, & bonis privavit & infamia notavit.*

CAVSÆ autem *IVSTÆ* detrectandi militiam fuerant triplices; prima, *Vacatio*, eaque triplex, ab Ætate, ab Honore, a Beneficio. Ab ætate, ut eum aliquis ſupra quinquageſimum annum, ſive impleverit ſtipendia ſua, ſive non, (nimirum ſi non ſemper ſcriptus, aut ægrotaverit) is talis vacabat. Ab honore, ut ſiquis in magiſtratu eſſet aut ſacerdotio fungeretur. Nec enim aut illi a rep. aut iſti abducti ſunt a ſacris. De illis ratio & exempla dictant; de iſtis & auctoritas. Etenim Plutarchus ait, θέσθαι νόμον, ἀφεῖσθαι τοὺς ἱερεῖς τῆς στρατιᾶς, χωρὶς ἂν μὴ γαλατικὸς ᾖ πόλεμος, *legem poſitam, qua ſolvebantur militia ſacerdotes, niſi Gallicum bellum eſſet.* A Beneficio, ſi cui Senatus populusque hanc veniam dediſſet. Factum id ſæpe pro meritis, modo ad certum tempus, modo ad dies vitæ & in ævum. In certos annos, ut apud Livium, Lib. XXIII. „Præneſtinis militibus Senatus duplex ſtipendium, & quinquennii militiæ vacationem decrevit, qui de legitimo ſtipendiorum nu-

mero deducerentur.„ In ævum, ut apud Ciceronem Philipp. V. Militibus veteranis, qui libertatem populi Romani defendiſſent, his liberisque eorum vacationem militiæ eſſe.„ Altera cauſa, *Emeritum*. Qui enim ſtipendia ſua viginti finierat, tuto non dabat nomen, & Veteranus dicebatur, vid. pag. 20. Tertia *Morbus* aut *Vitium*, quæ late patebat. Etenim & manci & debiles, non habiles atque idonei ad militiam judicati ſunt, & nominatim ii, quibus pollices aut digiti non erant. Dextra enim tunc inepta ad gladium tenendum, ſicuti Siniſtra ad ſcutum. Et hi, quibus morbus aut Vitium juſtam dedit detrectandi militiam, dicti ſunt Cauſarii. Sed urgente neceſſitate, hæ cauſæ ſunt ſublatæ. Livius Lib. VI. Exercitus ex Cauſariis Senioribusque a L. Quinctio ſcribitur, qui Urbi mœnibusque præſidio ſit. Cauſarios ibi dicit, quibus morbus aut talis cauſa, & a Senioribus diſtinguit.

Polyb. §. 5.

ΟΤαν δ᾽ ἐκλέξωσι τὸ προκείμενον πλῆθος (τοῦτο δ᾽ ἔστιν, ὅτε μὲν εἰς ἕκαστον στρατόπεδον πεζοὶ τετρακισχίλιοι καὶ διακόσιοι, ποτὲ δὲ πεντακισχίλιοι, ἐπειδὰν μείζων τις αὐτοῖς προφαίνηται κίνδυνος) μετὰ ταῦτα τοὺς ἱππεῖς, τὸ μὲν παλαιὸν ὑστέρους εἰώθεσαν διω-

Verſio Latina.

POſtquam conſcripſerunt, quam propoſuerant multitudinem (ea eſt quandoque in ſingulas legiones peditum quaternum millium & ducentorum, aliquando quinum millium, quoties majus aliquod ipſis imminet periculum) mox Equites, olim

δοκιμάζειν ἐπὶ τοῖς τετρακισχιλίοις διακοσίους, νῦν δὲ προτέρους, πλουτίνδην αὐτῶν γεγενημένης ὑπὸ τοῦ τιμητοῦ τῆς ἐκλογῆς, καὶ ποιοῦσι τριακοσίους εἰς ἕκαστον στρατόπεδον.

olim quidem poſteriore loco moris erat deligere, & quaternis peditum millibus adjungere ducentos; nunc priore loco eos centuriant, e cenſu jam ante per Cenſorem electos, atque illorum trecentos unicuique legioni adſignant.

Commentatio.

Olim, inquit, poſteriore loco moris erat deligere.) Polybii tempore EQVITES ante electionem peditum conſcripti ſunt, cùm autea poſt pedites equitum electio ſuſciperetur. Hujus mutationis cauſa ſine dubio fuit ambitio, cum ut dignitate Equites præibant, ita etiam electione præire voluiſſent.

E cenſu jam ante per Cenſorem.) Cenſores ſeparaverunt eos, qui cenſum equeſtrem implere poterant, i. e. quibus in patrimonio erant quadringenta ſeſtertia, ut ſupra dictum pag. 28. a reliquis civibus, eosque in numerum Equitum referebant. Horum Equitum duplex fuit corpus, cum alii *Equo publico*, alii *ſine illo* militarent. Illi vetuſtiſſimi, & proprie ac ſoli equites olim dicti. Plinius Lib. XXXIII. c. 1. *Annul-*

nuli plane medium ordinem tertiumque plebi & Patribus inſeruere, & quod ante militares equi nomen dederant, hoc nunc pecuniæ indices tribuunt. Significat, ſolos Equites olim dictos ab ipſa re, & quibus militares ſive equi publici erant: ſed poſtea, ac ſuo ævo, omnes, quibus annuli aurei, pecuniæ indices ac teſtes. Præter eos, qui equo publico meruerant, fuerunt alii, qui *equis privatis* officia militaria præſtiterunt. Diſſentit quidem *Grævius*, qui omnem Antiquitatem tenuit, omnibusque Antiquitatis amatoribus, quoties aliquid abditum quæſiverant, theſaurus fuit, in præfatione, quam *Tomo I. Theſauri Antiquitatum Romanarum* præmiſit: ibi enim Sigonium carpens, hæc ſcripta reliquit. *Equitum equo privato qui meminit? Non, quia ſunt Equites equo publico, conſequitur, fuiſſe quoque Equites equo privato. Sane in nullo antiquo monimento, quod ad nos pervenit ſalvum ex illo rei litterariæ naufragio, ullum veſtigium eſt, aut memoria Equitis equo privato.* At enim vero fuiſſe omnino aliquando in Rep. Romana, qui equis privatis meruerint, ſatis patet. Livius enim Lib. V. cap. 7. ubi is commemorat, quæ poſt cladem Vejentem in Urbe Roma contigerint. *Quod ubi Romam eſt nuntiatum*, inquit, *repente, quibus Cenſus equeſter erat, equi publici non erant adſignati, conſilio prius inter ſe habito, ſenatum adeunt, factoque dicendi poteſtate, equis ſe ſuis ſtipendia facturos promittunt.* Et paulo poſt: *Certatim Patribus Plebique manare gaudio lacrymæ; donec, revocatis in Curiam Patribus, Senatus conſultum factum eſt, ut tribuni militares concione advoca-*

ta,

ta, *Peditibus Equitibusque gratias egerunt: memorem pietatis eorum erga patriam dicerent Senatum fore; placere autem, omnibus his voluntariam extra ordinem profeſſis militiam æra procedere. Et Equiti certus numerus æris eſt adſignatus. Tum primum equis (ſuis) merere Equites cœperunt. Voluntarius ductus exercitus Vejos, non amiſſa modo reſtituit opera, ſed nova etiam inſtituit.* Ex hac Livii narratione cognoſcimus, nonnullos, quibus nondum equi publici aſſignati fuerant, tunc promiſiſſe, ſe ſuis equis extra ordinem ſtipendia facturos; & tunc primum Equites ſuis, ſive privatis equis, hoc eſt, quos quisque ſuo, ſive privato ſumtu, & comparare & alere conſtituerat, merere cœpiſſe. Et ne quid dubii relinquatur, ſuppetit alius Livii locus, ubi omnino Equorum privatorum fit mentio. Lib. XXVII. cap. 11. hæc commemorat: *In equeſtribus notis eadem ſervata cauſa, Illis omnibus (& multi erant) ademti equi, qui Cannenſium legionum equites in Sicilia erant. Addiderunt acerbitati etiam tempus, ne præterita ſtipendia procederent iis, qui equo publico meruerant; ſed dena ſtipendia Equis privatis facerent.* Hic habemus nomen illud quod deſideravit, aut nusquam legi dixit quondam celeberrimus Grævius. Unum hoc addendum quod Equites illi privato equo militantes æra mererent, non ut illi Equo publico, ſed, ad exemplum peditum, annua ſtipendia, nec niſi militarent: quæ conjectura eſt Lipſii.

Ceterum utique priorum Equitum publico Equo militantium conditio & melior & dignior fuit, ut-

pote

pote quibus Equi, ſumtu ex publico ærario ſuppeditato, & emebantur & alebantur. Summa a Livio in cenſu Setviano exptimitur. vid. pag. 29. Ad dignitatem illorum Equitum alludit quidam ex militibus decimæ legionis, qui (cum Jul. Cæſar in colloquium cum Arioviſto venturus, omnes equos Gallis equitibus, quibus ſalutem committere non audebat, detraxiſſet, & legionarios eo milites legionis decimæ, cui quam maxime confidebat, impoſuiſſet, ut præſidium quam amiciſſimum, ſi quid facto opus eſſet, haberet) non irridicule dixit: *Plusquam pollicitus eſſet, Cæſarem facere: pollicitum eſſe in cohortis prætoriæ loco decimam legionem habiturum, nunc ad equum reſcribere.* Verum non temere omnes ad equum publicum ſunt reſcripti; ſed cum judicio & examine etiam morum. Hadrianus dixit; qui Equum publicum petit, emendatus eſſe debet, cetera autem vitæ tuæ ipſe probabis. Itaque non conſul aut Imperator, ſed Cenſor olim eum dabat, judex ſcil. morum. Atque ille ipſe Cenſor, cum jam haberent, recognovit, & ſi quid vitii in iis, ademit ipſis equos. Faciebat ad hoc examen ipſa TRANSVECTIO, propria illorum equitum pompa. Quam deſcribens Dionyſius Lib. VI. „Pugnæ, inquit, ad Regillum plura monumenta ſunt, ſed ante omnia inſigne, pompa & transvectio Equitum Romanorum, qui equum publicum habent.„ Ii per centurias & turmas diviſi, ordine equis inſidentes vehuntur omnes, quaſi e pugna venientes; ramis oleæ coronati, & purpureas palmatas togas induti, quas Trabeas dicunt. Incipiunt autem ab æde quadam Martis extra urbem ſita, transeun-

euntesque cum alia loca urbis, tum forum & ædem Caſtorum prætereunt, interdum ad quinque virorum millia, gerentes præmia & dona militaria, quæcunque a Ducibus in bello acceperint. Hanc Transvectionem Valerius vocat Probationem, cum in ea examen vitæ morumque inſtitueretur. Suetonius: Auguſtus, inquit, „turmas frequenter recognovit, poſt longam intercape-„dinem reducto more Transvectionis. Sed neque detra-„hi quenquam in transvehendo ab accuſatore paſſus eſt,„ & ſenio vel aliqua corporis labe inſignibus permiſit,„ præmiſſo in ordine equo, ad reſpondendum, quoties,„ citarentur, pedibus venire.„ Cognoſcimus ex eo, in ipſa Transvectione accuſatos, citatos, imo & detractos ignominioſe, quod tamen Auguſtus fieri ulterius vetabat. Spectat eo Ovidii Carmen excuſantis ſe apud Auguſtum;

At memini, vitamque meam moresque probabas
illo, quem dederas, prætereuntis Equo.

Simile quid reperire licet in Germanorum haſtiludiis (denen Thurnieren) quæ Nobiles Germaniæ publicis conventibus olim celebrarunt. Ubi Equites nobiles, qui vitam moresque ad regulas Nobilitati præſcriptas non compoſuerunt, aut aliquid nobili nomine indignum admiſiſſe arguebantur, variis pœnis affectos legimus, inter quos illa ignominia, quam appellarunt, auf die Schrancken ſetzen. Vid. Rirners Thurnier-Buch & Satyræ deß von Sittenwald. Tandem Equites, confectis ſtiſtendiis, Equum reſtituebant & reducebant ad Cenſorem,

rem. Optime de eo ritu Plutarchus in Pompejo: *Mos eſt*, inquit, *Romanis equitibus, ubi legitima ſtipendia impleverint, ducere in forum Equum ſuum ad Duumviros, quos Cenſores appellant, & commemorantes Imperatores quosque ſub quibus meruerint, militia ſolvi.* Videatur Nummus, hunc ritum referens.



DE EQVO PVBLICO nonnulla ſunt addenda. Carolus Sigonius Lib. de antiquo jure Civ. Rom. c. 3. dubio quodammodo animo de Equo publico ita ſcribit: quid fuerit Equus publicus, parum compertum eſt. Varro, in libris de Latina lingua, equum publicum mille aſſarium vocat: quibus verbis ſtipendium fortaſſe aliquod, vel alendi vel emendi cauſa de publico conſtitutum ſignificat. Fuit autem Equus publicus revera Equus, qui hominibus equeſtri ordine & munere dignis habitis, a Cenſoribus, vel ab aliis cenſendi jure præditis, adeoque commutato Reip. ſtatn, etiam ab Imperatoribus, dabatur, & ſumtu de publico conſtituto, emebatur pariter atque alebatur, olim eo potiſſimum conſilio, ut, qui hoc equo donati inſtructique erant, in legionariis Equitum Romanorum turmis militarent, deinde vero aliquando, ut is tantum honoris & beneficii loco eſſet. Prima hujus rei veſtigia deprehenduntur in hiſtoria Servii Tullii, Regis Romanorum, in hiſtoria Servii Tullii, quam prodidit Livius Lib. 1. c. 43. quem lo-

cum vide pag. 29. Ex quo cognoſcimus, quantum pretium ex publico dandum tunc conſtituerit Servius, ut equi publici parari, ſingulisque annis ali potuerint. Dena nempe millia æris ad emendos equos Equitibus Romanis data ſunt quæ, ſi ad calculum noſtrum redigantur, exæquabunt centum viginti & quinque Thaleros. Bina vero millia æris ad equos alendos ſingulis annis impenſa ſunt, quæ reſpondebunt viginti & quinque Thaleris. At difficultas exiſtit, ſi cum Liviano loco conferantur hæc Varronis verba Lib. VII. de L. L. *Debet dici*, inquit, *ut Vatiniorum, Manliorum, ſic Denariorum, & non, equum publicum mille aſſarium eſſe, ſed mille aſſariorum.* Qui bus verbis Varro quidem rationem flectendi vocabuli aſſariorum tradere voluit; ſimul vero oſtendit, Equum publicum fuiſſe mille aſſium; ſive aſſariorum, ſive mille æris. Sic vero videtur Varro, ex calculo noſtro, dicere voluiſſe, Equum publicum fuiſſe duodecim Uncialium, ſive Thalerorum cum dimidio. Quæ ſumma Varronis cum ad ſummam a Livio indicatam nullo modo pertingat; ſive decem millia æris equo emendo data, ſive duo millia æris equo alendo adſignata; reſpiciamus; neſciunt viri eruditi, cur Varronis ætate, & jam amplificatis reip. opibus, multo minus equo publico impenſum fuerit, quam ſimpliciore & frugaliore Servii Tullii ævo. Ad conciliandum ergo Livium cum Varrone alii alias vias ingrediuntur. Ceterorum ſententiis omiſſis, Lipſii conjectura & emendatio nobis arridet. Hic enim putat, verbis Varronis, forte culpa librariorum, excidiſſe notam numeralem X. Hinc correctis Varronianis verbis, injectaque iſta nota numerali cenſet, apud Varronem legendum eſſe: Equum publicum X, mille aſſariorum eſſe. Qua ratione idem plane dixiſſet Varro, quod ſcripſerat Livius. Neque vero plane inſolens eſt & inauditum, excidiſſe quibusdam veterum Scriptorum locis notas quasdam numerales; præcipue in ejusmodi loco, ubi Varro non ex Inſtituto tradi-

D dit,

dit, quot millia æris in equum publicum emendum erogata ſint; ſed tantum rationem flectendi nominis aſſarii docere voluit, oſtendens, haud eſſe dicendum, equum publicum X. mille aſſarium, ſed aſſariorum. Ceterum quemadmodum ex antea dictis ſatis intelligitur, Equitibus Romanis, qui equo publico meruerunt, ex publico ærario certam ſummam æris datam eſſe, pro qua ſibi primum equum, & forte alium apparatum equeſtrem, emerent; ita, ſi in præliis equi amiſſi occiſique fuerant, aliquando, inprimis ob rem bene geſtam, denuo ſumtus publicus ad alios equos ſibi comparandos accepere. Quod indicat Plutarchus in vita Catonis Majoris, *cujus proavum Catonem, cum quinque equos bellatores in conflictibus amiſiſſet, ait, pretium ex ærario, virtutis cauſa recepiſſe.*

Id adhuc obſervandum, antiquis Reip. Romanæ temporibus, equum publicum eo maxime fine & conſilio fuiſſe datum, ut eo ſtipendia facerent in bellis. Hinc a Plinio L. XXXIII, c. 2. vocatus equus militaris; a Plutarcho πολεμιςὴς ἵππος. Neque tunc facile cuidam hujusmodi equum adſignatum fuiſſe, credimus, niſi quis etiam ætatem equeſtri militiæ aptam præſcriptamque attigiſſet. Adeo nimirum equus publicus, qui quandam tunc militandi neceſſitatem afferebat, quanto honori erat, tanto iis oneri eſſe poterat, quibus, pro vitæ ætatisque ratione, præter voluntatem caſtra erant ſequenda. Quam ob rem etiam ſub ultima liberæ Reip. tempora, cum haud exigua pars Equitum Romanorum eſſet, qui non amplius equis in bello meruerunt; non omnibus equeſtris ordinis hominibus equum publicum adſignatum eſſe, putamus. Sic Plinius ait, Auguſti tempore, eos, qui in decuriis Judicum fuerant, non Equites ſed Judices, dictos eſſe: Equitum nomen ſubſtitiſſe in turmis equorum publicorum. Ergo tunc non omnes, nec adeo judices, equum publicum habuiſſe videntur. Poſt ea vero tempora, mutato rei militaris & in primis ipſius Reip. Ro-

Romanæ ſtatu, adeoque & jam ſub ipſo Auguſto, ſæpius non niſi honoris & beneficii cauſa, aut certe non ideo, ut neceſſario in equitatu legionario militarent, equum publicum nonnullis datum fuiſſe, haud inficias imus. Sic ſcimus, Ovidium Poëtam fuiſſe Equitem Romanum, neque caſtra ſecutum eſſe: ſibi tamen equum publicum ab Auguſto datum, quo in ſolenni transvectione Cæſarem prætererat, ipſe innuit Lib. II. Triſt. v. 9.

> At memini, vitamque meam moresque probabas
> Illo, quem dederas, prætereuntis equo.

Huc pertinent haud pauca Scriptorum lapidumque loca, ubi quidam, etiam in tenera adoleſcentia, equuo publico honorati donatique eſſe dicuntur. Vide Schwartzii Diſſert. de inſign. Ordin. Equ. veterum Romanorum p. 31. & ſeq.

Polyb. §. 6.

Ἐπιτελεσθείσης δὲ τῆς καταγραφῆς τὸν προειρημένον τρόπον, ἀθροίσαντες τοὺς ἐπιλελεγμένους οἱ προσήκοντες τῶν χιλιάρχων καθ᾽ ἕκαστον στρατόπεδον, καὶ λαβόντες ἐκ πάντων ἕνα τὸν ἐπιτηδειότατον, ἐξορκίζουσιν· Ἦ μὴν πειθαρχήσειν καὶ ποιήσειν τὸ

Verſio Latina.

Peracto delectu eo quem diximus, modo, Tribuni militum ſuæ quisque legionis eos, qui fuerant conſcripti, congregant, atque unum ex omnibus eligentes, maxime idoneum, ſacramento adigunt: Obtemperaturum ſe &

τὸ πρόςαττόμενον ὑπὸ τῶν ἀρχόντων κατὰ δύναμιν· Οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ὀμνύουσι καθ' ἕνα προπορευόμενοι, τοῦτ' αὐτὸ δηλοῦντες, ὅτι ποιήσουσι πάντα, καθάπερ ὁ πρῶτος.

& facturum, quicquid mandabitur ab Imperatoribus, pro virili. Reliqui autem, ſingulatim prodeuntes, in eadem verba jurant, quod omnia facturi ſint; ſicut ille primus.

Επιλελεγμένους) Lipſius legit ἐπιλέγομένους; Caſaubonus ἐπιλεγμένους, neutra lectio placet, hinc cum Scaligero poſuimus ἐπιλελεγμένους.

Commentatio.

PER JUSJURANDUM ſermoni noſtro, omnibusque actibus, circa quos ſermo intervenit, inſigne accedere firmamentum judicatur. Quod ſibi perſuaſum habent omnes populi, ſi exceperis Scythas, qui referente Curtio Lib. VII. c. 8. ad Alexandrum miſſi ita loquebantur: *jurando Scythas gratiam ſancire ne credideris: Colendo fidem jurant. Græcorum iſta cautio eſt, qui acta conſignant, & Deos invocant: nos religionem in ipſa fide novimus, qui non reverentur homines, fallunt Deos.* Eſt autem Jusjurandum aſſertio religioſa, qua divinæ miſericordiæ renuntiamus, aut divinam pœnam in nos depoſcimus, niſi verum dicamus. Dum enim omniſcius & omnipotens teſtis ſimul & vindex invocatur, præſumtio veritatis ideo excitatur, quod nemo temere tam impius credatur, ut ita petulanter graviſſimam Numinis indignationem in ſe depoſcere ſit auſurus. Finis & uſus juramenti in hoc vertitur, ut homines ad enunciandum verum, aut ſervandum promiſſum pactumve eo firmius au-

adſtringantur, metu divini Numinis omniſcii & omnipotentis. *Cicero* breviorem exhibet definitionem: *Eſt jusjurandum affirmatio religioſa: hinc quod affirmate, quaſi Deo teſte, promiſeris, id tenendum eſt.* Paulo poſt: *Quod autem ita juratum eſt, ut mens deferentis conceperit fieri oportere, id obſervandum eſt.* Lib. III. c. 29. Offic. Cum quo conſentit Puffendorffius d. O. H. & Civ. Lib. I. cap. 10. § 9. *in juramentis ſenſus totius orationis valere debet, prout capere ſe illum profitetur is, qui juramentum defert, ſeu cui juratur. Hujus enim præcipue, non jurantis, cauſa, juramentum præſtatur.* Hoc igitur officii præcepto evertitur Diabolicum illud Jeſuitarum commentum de Methodo dirigendæ intentionis, quod optimo conſilio detexerunt Epiſtolæ provinciales Lud. Montaltii. Nimirum, Cicerone affirmante, jusjurandum debet ad mentem & ſenſum illius præſtari, qui illud defert, & quocum juranti negotium. Hinc Senatus populusque Romanus ſibi militum fidem Sacramenti religione etiam obſtrinxerant.

Tribuni ſuæ quisque legionis.) Singulæ legiones ſeorſim juraverant, idque apud ſuos quæque Tribunos. Etenim licet milites in verba Conſulum juraverint; tamen Tribuni ut alia, vice Conſulum, ita hoc quoque adminiſtrarunt.

Unum ex omnibus maxime idoneum) dicit, unum ex tota legione electum, qui ſingula juramenti verba conceperit præiveritque; alios deinde ſecutos, hæc ſaltem dixiſſe: Jurare ſe idem. Hoc eſt, quod Feſtus notaverat: Præjurationes facere dicuntur, qui ante alios conceptis verbis jurant, poſt quos in eadem verba jurantes tantummodo dicant: Idem in me.

Obtemperaturum ſe & facturum.) Formula Sacramenti, quam exhibet Polybius, eſt hæc, ἐγὼ πειθαρχήσω καὶ ποιήσω τὸ προςαττόμενον ὑπὸ τῶν ἀρχόντων κατὰ δύναμιν: *Ego*

parebo imperio ducum & quicquid ab iis fuero juſſus, pro viribus præſtabo. Dionyſius alias commemorat jurandi formulas: Lib. XV. Ὁ στρατιωτικὸς ὅρκος, ὃν ἁπάντων μάλιστα ἐμπεδοῦσι Ῥωμαῖοι, τοῖς στρατηγοῖς ἀκολουθεῖν κελεύει, ὅποι ποτ᾽ ἂν ἄγωσι: *Sacramentum militiæ, quod omnium maxime Romani ſervant, jubet ſequi Duces, quocunque duxerint.* Quæ formula ad Polybianam quam proxime accedit. Idem Lib. X. aliam adfert: Ἀκολουθήσειν τοῖς ὑπάτοις, ἐφ᾽ οὓς ἂν καλῶνται πολέμους, καὶ μήτε ἀπολείψειν τὰ σημεῖα, μήτε ἄλλο πρᾶξαι μηδὲν ἐναντίον τῷ δήμῳ: *ſecuturos ſe Conſules ad quæcunque bella vocaverint, neque ſigna deſerturos neque aliquid adverſus populum facturos.* Iterum aliam Lib. IV. τῶν γὰρ ἱερῶν ἔτι ταγμάτων κύριος ἦν τοῖς στρατιωτικοῖς ὅρκοις κατειργμένων, καὶ οὐδεὶς ἀπολείπεσθαι τῶν σημείων ἠξίου: *Sacrarum enim legionum dominus etiam erat, quæ ſacramento militari adſtrictæ, nec quisquam Signa relinquere auſit.* Exinde apparet, jurandi formulam, nonnullis vocabulis aut additis aut omiſſis, interdum paululum immutatam fuiſſe.

Polyb. §. 7.

Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς οἱ τὰς ὑπάτους ἀρχὰς ἔχοντες, παραγγέλλουσι τοῖς ἄρχουσι τοῖς ἀπὸ τῶν συμμαχίδων πόλεων τῶν ἐκ τῆς Ἰταλίας, ἐξ ὧν ἂν βούλωνται συστρατεύειν τοὺς συμμάχους, διασαφοῦντες τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὸν τό-

Verſio Latin.

Eodem autem tempore, qui conſulatum gerunt, magiſtratibus ſociarum in Italia urbium, ex quibus auxilia eo bello ſecum militare volunt, denuntiant & ſignificant iis & numerum & diem & locum, in quem con-

τόπον, ἐις ὃν δεήσει παρεῖναι τὰς κεκριμένας· Ἁι δὲ πόλεις παραπλησίον ποιησάμεναι τῇ προειρημένῃ τὴν ἐκλογὴν καὶ τὸν ὅρκον, ἐκπέμπουσιν, ἄρχοντα συστήσασαι, καὶ μισθοδότην.

convenire debeant, qui lecti ſunt. Tum autem civitates conſcriptos a ſe milites, & ſacramento adactos eodem, quem expoſui, modo, Duce quoque antea conſtituto & Quæſtore, mittunt,

Ἄρχοντα) hanc vocem Livius vertit Præfectum, Caſaubonus Ducem. Livius mentionem facit Prætorum Lib. 23 „Præneſtini maxima pars fuere. Ex quingentis ſeptuaginta minus dimidium ferrum fameſque abſumſit: ceteri incolumes cum Prætore ſuo Manitio (ſcriba is ante fuerat) redierunt.„

Μισθοδότην) μισθοδότης vertitur Quæſtor, Tribunus ærarius p. 17. mercedis Exhibitor, ein Kriegs-Commiſſarius.

Commentatio.

QUi conſulatum gerunt.) Conſules, qui electionem Romæ inſtituunt, diem etiam eligendis militibus extra urbem deſtinant. vid. p. 33.

Eodem tempore.) Novorum Conſulum.

Denuntiant magiſtratibus) aut coram ipſis, aut eorum legatis, qui Romæ erant. Veniebant ſponte aut advocabantur ob has tales cauſas. Livius: „Conſul ſociis & Latini nominis magiſtratibus, legatisve eorum,

 qui

qui milites dare debebant, edixit, ut in Capitolio ſe adirent.

Significant iis & numerum) prout multæ aut paucæ legiones erant ſcribendæ, Conſules ſociis civitatibus magnum aut exiguum militum numerum imperaverant, & in hac ipſa re & opum & juniorum, quibus quæque civitas abundabat, rationem habuerant. Id quoque ipſis innotuit ex Tabulis cenſoriis, quas ſine dubio Romæ habebant; ſiquidem tandem ipſi Romani Cenſores cenſum in civitatibus illis egerunt, ſi fides adhibenda Livio, Lib. XXIX. ita ſcribenti: *Duodecim coloniarum, quod nunquam antea factum erat, deferentibus Cenſoribus ipſarum coloniarum, cenſum receperunt (Livius & Claudius Nero valerent. in publicis tanumero militum, quantum pecunia Cenſores) ut quantum bulis monumenta extarent.*

Diem & locum) illa ipſa, quæ civibus.

Magiſtratibus ſociarum urbium.) Si Populus Romanus exteris nationibus ſive injuria laceſſitus, ſive cupiditate habendi ſtimulatus, bellum intulit, eaſque prælio ſuperavit, victis AUT libertatem, leges & magiſtratus adimebat, ſtipendium imponebat, & totam reipublicæ formam mutabat, id quod dixere: *in Romanam provinciam redigere.* Ergo provincia Rom. eſt regio, quam Romani in poteſtatem ſuam redegerant, eamque jure belli poſſederant, & incolas ejus ſtipendiarios fecerant. Id patet ex illo Ciceronis loco *Or. pro Dejotaro: Antiochus magnus ille Rex Aſiæ, cum a Scipione devictus, Tauro tenus regnare juſſus eſſet, omnemque banc Aſiam, quæ eſt nunc Noſtra Provincia, amiſiſſet, dicere eſt ſolitus, benigne ſibi a populo Romano eſſe factum, quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur.* Sic reſpondit Jul. Cæſari Arioviſtus: *Jus eſſe belli, ut qui viciſſent, quemadmodum vellent, imperarent; hinc populum Romanum victis non ad alterius præſcriptum,*

ſed ad ſuum arbitrium imperare conſueſſe. l. Cæſ. B. G. Lib. I. cap.36. *AVT* populis bello ſuperatis libertatem reſtituêre Romani, eosque ſocios atque amicos appellarunt. Exinde patet, *Socios* & *Amicos* populi Romani eſſe illos, qui ſive ultro Romanorum amicitiam appetiverant, ſive quos bello victos ſuis legibus uti voluerunt Romani. Hinc Cæſar eam partem Galliæ, quam Arverni & Ruteni poſſidebant, liberam dicit; propterea quod ibi à Q. Fabio Maximo bello ſuperati eſſent, ſed quibus poſtea populus Romanus ignoviſſet, neque ſtipendium impoſuiſſet. Quod ſi (pergit Cæſar) antiquiſſimum quodque tempus ſpectari oporteret, populi Romani juſtiſſimum eſſe in Gallia imperium; ſi judicium Senatus ſervari oporteret, liberam debere eſſe Galliam, quam bello victam ſuis legibus uti voluiſſet. *J. Cæſ. L. I. c. 45. de B.G.*

Sociarum in Italia urbium.) Italia, denotat illam Europæ partem, quæ initium capit ab Alpibus, & continetur mari ſupero, qui & Adriaticus ſinus dicitur, atque mari infero ſive Tuſco. Longitudo ejus ſumma eſt ab Alpino fine Auguſtæ Prætoriæ, quæ vulgo nunc Aoſto, usque ad oppidum Rhegium & Leucopetram promontorium, quod vulgo, Capo del l'Arme, millium paſſuum 900. i. e. mill. German. 225. Latitudo varia eſt; at ſubter Alpes millium paſſuum 560. i. e. mill. Germ. 140. Inferior Italiæ pars, quam Latini olim incolueraat, una cum Regno Neapolitano & Sicilia, dicta eſt quondam Magna Græcia, cum Græci omnem fere oram maritimam coloniis ſuis e Græcia adductis, obſiderent, duravitque hoc nomen multis ſeculis, donec inter fretum Siculum conſtitit & Tarentum; quæ pars Italici litoris poſtea proprio eo nomine indigitata eſt, *teſte Cicerone, qui in Or. Phil. II. ait: Malui me tibi debere confiteri, quam cuiquam minus prudenti non ſatis gratus videri, ſed quo beneficio? quod me Brundusii non occideris? quem ipſe victor, qui tibi, ut tute gloriari ſolebas,*

Antonius) *ut etiam Auxiliares ſuas copias Sacramento adegerint.* Commemorat id, ut novum, nec ante receptum.

Duce conſtituto.) Quocunque demum nomine ille ἄρχων venerit, Ducis, Præfecti ſive Prætoris; tamen non tantæ dignitatis fuit, ut cum Tribuno comparari poſſet. Nec ſatis apparet, num ille ἄρχων a civitate conſtitueretur, an a conſulibus; ſiquidem Polybius p. 164. diſerte dicit: καθεςάσθαι ὑπὸ τῶν ὑπάτων ἄρχοντας, προσαγορευομένους πραιφέκτους, δώδεκα τὸν ἀριθμὸν ὄντας, *a Conſulibus conſtitutos Duces, qui Præfecti appellabantur, duodecim numero.* Sed cum ejusdem Polybii §. hoc 7. clara legantur verba:

Αἱ δὲ πόλεις ἄρχοντα συςήσασαι καὶ μισθοδότην, *poſtquam civitates Ducem & Quæſtorem conſtituerunt*; omnino dicendum, hunc ducem ſive præfectum a civitatibus eſſe conſtitutum. Hæc autem duo inter ſe pugnantia Polybii loca ita conciliari poſſe exiſtimo, ſi dicamus, præfectum a civitatibus conſtitutum fuiſſe minoris nominis, qui Tribunum dignitate minime æquipararet, præfectos autem illos a Conſulibus conſtitutos Tribunis jure & dignitate fuiſſe pares.

Quæſtore.) Socii habuere proprios ſuos Tribunos ærarios ſive Quæſtores, quia ſua pecunia & omni ſumtu militarunt, excepto frumento, quod accepere a Romanis. Prædæ tantum participes fuere & ſi quid donorum aut adventitii lucelli obtigit. Dionyſius Lib. X. refert hoc pactum fœderis cum Æquis initi: Αἰκανοὺς εἶναι Ῥωμαίων ὑπηκόους, πόλεις τε καὶ χώρας τὰς ἑαυτῶν ἔχοντας, ἀποςέλλειν δὲ Ῥωμαίοις μηδὲν, ὅτι μὴ ςρατιὰς, ὅτε ἂν αὐτοῖς παραγγελθῇ, τέλεσι τοῖς ἰδίοις ἐκπέμποντας αὐτάς· *Æquos Romanis ſubditos eſſe, urbes agrosque ſuos retinentes, Romanis nihil*

hil dantes præter copias, quoties imperabuntur, atque eas ipſorum ſumtu ſtipendioque.

EVOCATI.

Diverſum militum genus fuere *Evocati.* Hi erant Romanis Veterani milites, belli periti conſiliique pleni, qui expletis ſtipendiis ſponte in gratiam Conſulum aut Ducum militiam ſumebant. Nomen inde habuere, quia literis aut nuntiis nominatim evocabantur. Dio Lib. XLV. Τῶν Ηὐκάτων σύςημα, ὃς Ἀνακλήτες ἄν τις Ἑλληνίσας, ὅτι πεπαυμένοι τῆς ςρατιᾶς ἐπ' αὐτὴν αὖθις ἀνεκλήθησαν, ὀνομάσειεν. *Evocatorum manus, quas aliquis Analectos Græce, quaſi Revocatos, quod defuncti militia iterum ad eam revocentur, dixerit.* Hinc quando Virgilius Lib. VII. canit:

jam pridem reſides populos, deſuetaque bello
agmina in arma vocat ſubito, ferrumque retractat,

quidam arbitrantur, Virgilium ad Evocatos reſpexiſſe. Cellarius in nota ad Libr. VII. c. 65. Jul. Cæſ. de B. G. ita definit Evocatos: ſunt milites emeritis ſtipendiis, qui repentina neceſſitate ex ſede, quam poſt militiam occupaverant, ad arma reſumenda & tuendam rempublicam evocabantur. Putat ergo cum nonnullis hoc militum genus tantum in tumultu eſſe evocatum. Probabilius autem videtur, non ſolum in tumultu & neceſſitate urgente; ſed & ordinarie in omni bello adhibitum fuiſſe. Id conjicere licet ex loco quodam Livii Lib. III. ubi T. Quinctius Conſul duxiſſe dicitur cohortes Veteres voluntate ſequentes. Polybius Cap. IV. ponit apud Prætorium τὺς ἐθελοντηδὸν ςρατευομένες τῇ τῶν ὑπάτων χάριτι, *eos qui militant in gratiam Conſulum.* Dionyſius de L. Siccio: Erat in iſtis, inquit, L. Siccius, qui

qui cohortem ducebat virorum octingentorum, qui jam ſupra ætatem militarem erant, nec in militiæ leges cadebant (uti nec ipſe Siccius) honorantes tamen virum, & beneficiis pluribus ab eo affecti, euntem ad bellum noluerunt deſerere. Atque erat hæc manus exercitus totius, ſive præliorum peritia ſive in periculis conſtantia, longe princeps. Ex his locis apparet, illos milites fuiſſe veteres & belli peritos, voluntarios, & in gratiam unius Ducis rediiſſe in bellum. Interdum etiam magno numero militabant. Pompejo Cæſar tribuit Evocatorum circiter duo millia; quæ ex beneficiariis ſuperiorum exercituum ad eum convenerant; Lib. 3. B. Civ. Unde colligimus, non ſolum in tumultu, ſed pene in omni bello veteranos; potiſſimum illos, qui beneficia aut ornamenta a Duce acceperant; conveniſſe, qui non imperio coacti, ſed partim precibus evocati, partim ſponte ſua Ducem, quem amabant, ad bellum profectum ſequebantur.

Ceterum Evocati 1.) ex civibus & ſociis ſumebantur. 2.) plerique pedites fuere; interdum & equites, id docet *J. Cæſar. L. VII. c. 65. B. G. Germanorum adventu, inquiens, quod minus idoneis equis utebantur, a tribunis militaribus reliquisque, ſed & equitibus Rom. atque Evocatis equos ſumit, Germanis diſtribuit.* Honeſtum igitur militum genus fuere Evocati, quibus quodammodo reſpondent hodie noſtri voluntarii, Germ. Die Freywillige. Gall. Voluntaires. Niſi quod hi fere juvenes ſint, illi Evocati vero Veterani; quanquam inter eos etiam erant ætate florentes, extra ordinem ſponte caſtra ſequentes. 3.) Non legionibus mixti, ſed ſeorſim a ceteris per cohortes aut centurias diſpoſiti & ſub uno vexillo collecti, in acie ſtabant, unde crebræ in Tacito formulæ: Vexillum veteranorum: vexillarii legionum. 4.) Immunes fuere ab excubiis, operibus valli & caſtrorum. 5.) Singuli dignitate Centurionibus,

bus pares putabantur; quanquam inter ipſos habuerunt ſuos Centuriones. Jul. Cæſar. Lib. III. B. Civil. „Erat in exercitu Craſtinus Evocatus, qui ſuperiore anno primum pilum in legione decima duxerat. Hic ſigno dato, ſequimini me, inquit, manipulares mei, qui fuiſtis.„ Manipulo præfuiſſe videtur; ſed tamen ait, qui fuiſtis, innuens, eos jam non eſſe gregarios milites, ſed veteranos & inſignes. Cicero Præfectum modo Evocatis tribuere videtur, ad Appium; Antonium Præfectum Evocatorum ad te miſi.

CONQUISITORES.

Conquiſitores fuere ii, qui in agros & extra urbem miſſi ad indagandam & conquirendam juventutem, unde etiam appellationem trahunt. Multi enim ſæpe aut ſuo metu aut parentum amore, militiam fugiebant, latitabant nec dabant nomen. Ad eruendos Conquiſitores ſunt adhibiti. Horum officio in deligendo milite utebantur non Romani tantum, ſed & Græci. Extat hac de re inſignis locus *apud Curtium Lib. VII. cap. 1.* Ubi ita loquitur Amyntas: *Meminiſti, ô Rex, cum me ad perducendas ex Macedonia milites mitteres, dixiſſe te, multos integros juvenes in domo tua matris abſcondi. Præcepiſti igitur mihi, ne quem præter te intuerer, ſed detrectantes militiam perducerem ad te. Quod equidem feci, & liberius, quam expediebat mihi exſecutus ſum imperium tuum. Gorgiam & Hecateum & Gorgatam, quorum bona opera uteris, inde perduxi. Quid igitur iniquius eſt, quam me, qui ſi tibi non paruiſſem, jure daturus fui pœnas, nunc perire, quia parui? Neque enim ulla alia matri tuæ perſequendi nos cauſa eſt, quam quod utilitatem tuam muliebri præpoſuimus gratiæ. Sex millia Macedonum peditum & ſexcentos equites adduxi: quorum pars ſecutura me non erat, ſi militiam detrectantibus indulgere voluiſſem.* Sic apud Romanos

nos præcipue poſt bellum ſociale, cum ſocii civibus æquati eſſent, & ex tota Italia ſcriberentur legiones, conquiſitorum crebrum fuit munus. Etenim poſtea in oppidis coloniisque delectus ſunt habiti. Nam quomodo omnes illi ex locis tam diſſitis, uno tempore Romam venire poterant? Hinc Cæſar Lib. I. B. C. „Attius delectum toto Piceno, circum miſſis Senatoribus, habebat.„ Exinde patet, alibi extra Romam delectum habitum & ad conquirendos milites Senatores miſſos, aut Legatos ipſos, ut rurſus Cæſar de B. G. L. VI. Cato hoc magno ſtudio agebat in Lucanis Brutiisque per legatos ſuos civium Rom. delectus habebat. Poſtea ſub Principibus in locum delectus ſucceſſit indictio militum pro cujusque opibus & agris.

Conquiſitores autem non obvios quosque ſcripſerunt milites, ſed tantum ingenuos, rejectis iis, qui crimine aut infamia erant notati. Extat hac de re Gratiani, Valentiniani, Theodoſii lex Lib. VII. *Cod. Theod. Tit. II. Quotiescunque ſe aliquis militiæ crediderit offerendum, ſtatim de natalibus ipſius ac de omni vitæ conditione examen habeatur: & ad militiam nullus adſpiret, niſi quem penitus liberum aut genere aut vitæ conditione inquiſitio tam cauta deprehenderit.* Rurſus Lib. VII. Tit. XIII. Inter optimas lectiſſimorum militum turmas, neminem e numero ſervorum dandum eſſe decernimus neve ex caupona ductum, vel ex famoſarum miniſtris tabernarum, aut ex coquarum aut paſtorum numero, vel etiam eo, quem obſequii deformitas a militia ſecernit, nec tracta de ergaſtulis nomina. Verum non obſtantibus his legibus, interdum, cum neceſſitas id expreſſit, etiam paſtores & ſervos intrudere cœperunt, vide pag. 23. Et quid mirum? cum ipſos milites veluti ſervos haberent. Nimirum tyrones jam captos & militiæ deſtinatos compungebant & in cute ſignabant. Vegetius: *Victuris in cute punctis milites ſcripti & matriculis inſerti, jurare ſolent.*

Vera

Vera ſtigmata fuere, & quidem manibus impreſſa. Aëtius Medicus: *Στίγματα καλοῦσι, τὰ ἐπὶ τοῦ προσώπου ἢ ἄλλου τινὸς μέρους τοῦ σώματος ἐπιγραφόμενα, διὰ τῶν στρατευομένων ἐν ταῖς χερσί*: *Stigmata vocant, quæ in facie aut alia parte corporis inſcribuntur; qualia ſunt militum in manibus.* Fuit inſcriptum nomen Imperatoris. Is qui orationem funebrem ſcripſit (Ambroſium faciunt auctorem) Valentiniano Imperatori: „Charactere Domini inſcribuntur ſervuli, & nomine Imperatoris ſignantur milites.„ Duplex ritus, & de ſervis, qui compungi ſolent dominico nomine, ut agnoſcerentur; & de militibus, qui præferre ſolent imperatorem.

Principes noſtri, qui hodie bellum parant, etiam undique dimittunt Conquiſitores (die Werber.) Quod officium ſubeunt (quemadmodum etiam apud veteres Romanos) non gregarii milites, ſed ii, qui jam ad aliquem militiæ gradum adſcenderunt. Admittunt etiam non tantum honeſto genere natos; ſed & ſervos, quia ſervi noſtri non mancipiorum numero habentur, ſed liberi homines cenſentur; infames autem, ut lictores, carnifices & alii excoriandis cadaveribus deſtinati procul eſſe jubentur, niſi eorum macula, quam ipſis ſive natalium infelicitas ſive turpe vitæ genus adſperſerat, quibusdam legitimis factis (welches man das ehrlich machen nennet) extinguatur.

Polyb. §. 8.

Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ χιλίαρχοι μετὰ τὸν ἐξορκισμὸν, παραγγείλαντες ἡμέραν ἑκάστῳ, στρατοπέδῳ καὶ τό-

Verſio Latina.

AT Romæ Tribuni militum, poſtquam Sacramentò milites dixere, denuntiato legio-

τόπον, εἰς ὃν δεήσει παρεῖναι χωρὶς τῶν ὅπλων, τότε μὲν ἀφῆκαν· Παραγενομένων δ' εἰς τὴν ταχθεῖσαν ἡμέραν, διαλέγουσι τῶν ἀνδρῶν τοὺς μὲν νεωτάτους καὶ πενιχροτάτους εἰς τοὺς γροσφομάχους. Τοὺς δ' ἑξῆς τούτοις, εἰς τοὺς Ἁστάτους καλουμένους. τοὺς δ' ἀκμαιοτάτους ταῖς ἡλικίαις εἰς τοὺς Πρίγκιπας. τοὺς δὲ πρεσβυτάτους εἰς τοὺς Τριαρίους· Αὗται γὰρ εἰσὶ καὶ τοσαῦται διαφοραὶ παρὰ Ρωμαίοις καὶ τῶν ὀνομασιῶν, καὶ τῶν ἡλικιῶν, ἔτι δὲ τῶν καθοπλισμῶν, ἐν ἑκάστῳ στρατοπέδῳ· Διαιροῦσι δ' αὐτοὺς τὸν τρόπον τοῦτον, ὥς' εἶναι τοὺς μὲν πρεσβυτάτους καὶ τριαρίους προσαγορευομένους ἑξακοσίους. τοὺς δὲ πρίγκιπας χιλίους καὶ διακοσίους· Ἴσους δὲ τούτοις τοὺς Ἁστάτους· Τοὺς δὲ λοιποὺς, καὶ νεωτάτους, γροσ-

gioni cuique ac loco ad conveniendum ſine armis, tunc quidem eos dimittunt. At ubi ad dictum diem illi convenerunt, natu minimos & pauperrimos Tribuni ſeligunt in Velites: proximos his in Haſtatos, uti vocant; ætate florentiſſimos in Principes; maximos natu in Triarios. Hæ ſunt enim, nec plures, differentiæ apud Romanos appellationum, ætatum & armaturæ in unaquaque legione. Ita autem hos dividunt, ut ætate maxime provecti, qui Triarii dicuntur, ſint numero ſexcenti, Principes mille ducenti, totidem Haſtati: ceteri ac natu minimi Velites: Sin pluribus quam quatuor millibus conſtet legio, ea-

dem

γροσφοφόρους· Ἐὰν δὲ πλείους τῶν τετρακισχιλίων ὦσιν, κατὰ λόγον ποιοῦνται τὴν διαίρεσιν, πλὴν τῶν τριαρίων, τούτους ἀεὶ τοὺς ἴσους·

dem proportione & ceterorum diviſionem inſtituunt, exceptis Triariis, quorum idem ſemper eſt numerus.

Commentatio.

Poſtquam ſacramento) hactenus egit Auctor de delectu: ſequitur Ordo. Jam milites Sacramento obligati erant, ſed nondum in genus ſuum militiæ atque locum, quo quisque militaturus eſſet, deſcripti, niſi quod unusquisque ex cenſu & ætate de ſe conjecturam faceret.

Die & loco cuique legioni denuntiato.) Tres dies dicti ſunt; primus ad delectum, ſecundus ad ordinationem, tertius ad iter & expeditionem. Uno enim die omnia non poterant commode peragi.

Ad conveniendum ſine armis) quia hæc demum capiebant pro aſſignatione ordinum & genere militum.

Natu minimos & pauperrimos.) *Velites* (die Leichtgewafneten) conſtituebant apud Romanos viliſſimum militum genus, quos ex omni conſcriptorum numero primum eligerunt, nimirum ætate & opibus minimos. Si quis juvenis opibus valens ſe Tribunis ſiſtebat, ille ſine dubio *in Haſtatos* tranſcriptus eſt; ſi autem pauper, ſed ætate & uſu vetus, *inter Triarios* relatum eſſe putamus. Etenim Velites parum honorati erant; quoniam non ſolum haſtis modo jaculatoriis armati, eminus pugnabant, ſed & in principio collocati, periculo maxime exponebantur. Velites ergo ſolos Polybius agnoſcit in levi armatura; & Velitum nomine etiam venit *Levis Armatura.*

14. Velites autem alii ſunt veteres, alii novi. In veteri levi armatura fuerant Funditores, Jaculatores, Sagittarii, quos Rorarios & Accenſos appellabant. Feſtus: *Rorarii qui e levi armatura primi prælium committebant, ita dicti, quod ut ante imbrem fere rorare ſolet, ſic illi ante gravem armaturam prodibant. Adcenſi, qui in locum mortuorum militum ſubito ſubrogabantur, dicti ita, quia ad cenſum adjiciebantur.* Commune nomen *LEVIS ARMATVRÆ* alias erat *Ferentarii,* de quibus idem Feſtus: „Ferentarii in bello auxiliares, a ferendo auxilio dicti; vel quia fundis & lapidibus pugnabant, quæ tela feruntur, non tenentur.„ *Hos LEVES* etiam vocabant *Adſcriptivos.* Varro: „Adſcriptivi dicti, quod olim adſcribebantur inermes, qui ſuccederent armatis militibus, ſi qui deperiſſent. Hi (Rorarii & Accenſi) manſerant usque ad bellum Punicum II. quo Velites inſtituti ſunt. Occaſionem dedit Obſidio Capuæ A. V. DXLII. ſuſcepta. Rem omnem Livius Lib. XXVI. enarrat: quem locum infra p. 104. dabimus, ubi agitur de Velitum armis. Romani autem, promoto jam imperio, ſociis in civitatem receptis, provinciis variis ſubjectis, Velites e ſuis ſcribere omiſerunt, eorum loco rurſus uſi funditoribus, ſagittariis, jaculatoribus; quos Baleares, Cretenſes, Numidæ, & id genus nationes ſubminiſtrabant, & quorum poſtea crebra fit mentio. I. Cæſar. L. II. cap. 7. G. „Eo de media nocte Cæſar, iisdem ducibus uſus, qui nuntii ab Iccio venerant, Numidas & Cretas ſagittarios, & funditores Baleares ſubſidio oppidanis mittit. Idem Lib. cit. c. X.„ Cæſar omnem equitatum & levis armaturæ Numidas, funditores ſagittariosque pontem transducit, atque ad eos contendit.

In Haſtatos) Haſtati olim haſtis uſi, inde ſuum nomen ſortiti ſunt, poſtea licet aliis armis inſtruerentur; tamen nomen idem manſit. Nam Polybii ævo atque etiam

ante, Haſtati pilis & gladiis pugnabant, & haſtæ jaculatoriæ apud Velites remanſerunt ſolos.

In Principes.) *Principes* inde dicti, ut vult Varro, quia gladiis à principio pugnabant. Et Haſtati & Principes fuere juvenes ætate & opibus florentes; hoc tamen diſcrimine, ut illi (Haſtati) juveniles annos adhuc egiſſent; Principes vero jam ætatem virilem attigiſſent.

In Triarios) ſic dictos, Varro ait, quod in acie tertio ordine extremis ſubſidio deponuntur. Ergo ab ordine ita vocati, quia tertii fuerunt, unde *Tertiarii dicebantur, & Pilani*, quia, ut Varro vult, pilis pugnabant. Et ipſe totus ille ordo *Pilus* eſt dictus.

Ætate maxime provecti ſunt ſexcenti.) *Triarii* conſcripti ſunt tantum ſexcenti, idque ſemper, & legionibus etiam auctis, numerus eorum non augebatur, quia illud robur & flos ipſe virorum fuit, ideoque ſi non numero, tamen virtute exæquarunt ceteros ſive Haſtatos ſive Velites. Tum quia raro aut nunquam hæc pars pugnabat ſola; ſed in extremo demum integrabat aciem aliis admixta. Ceterum Polybii ætate Triarii ſexcenti, Principes mille ducenti fuerunt, & par numerus erat Haſtatorum & Velitum. Qui ſi in unam colliguntur ſummam, legionem Polybianam reperiemus quater millium virorum & ducentorum; ita

1200.	Velites
1200.	Haſtati
1200.	Principes
600.	Triarii
Legio 4200.	tota.

Quod ſi plures quatuor.) Si e. gr. Legio eſſet quinque millium & ducentorum, augebant partes, exceptis Triariis, ita: ponatur Legio 5200. ab hoc numero ſubtra-

trahantur Triarii 600. remanent 4600. hic numerus dividatur per 3. prodibunt pro parte tertia ſive pro uno genere militum 1533, vide ſequentem calculum

5200. Legio
Subtrahantur 600. Triarii

4600.

1111			
4600	1533. ſicerunt	1533.	Velites
3333		1533.	Haſtati
		1534.	Principes
		500.	Triarii
		5200.	

Polyb. §. 9.

Ἐξ ἑκάστου δὲ τῶν προειρημένων γενῶν, πλὴν τῶν νεωτάτων, ἐξέλεξαν ταξιάρχους ἀριστίνδην δέκα· Μετὰ δὲ τούτους, ἑτέραν ἐκλογὴν ἄλλων δέκα ποιοῦνται. Καὶ τούτους μὲν ἅπαντας προσηγόρευσαν ταξιάρχους. ὧν ὁ πρῶτος αἱρεθεὶς, καὶ συνεδρίου κοινωνεῖ· Προσεκλέγονται δ' οὗτοι πάλιν αὐτοὶ τοὺς ἴσους οὐραγούς· Ἑξῆς

Verſio Latina.

Ex quoque autem dictorum Generum, exceptis natu minimis, eligunt Ordinum ductores, ſecundum virtutem, decem. Poſt iſtos altera electione iterum decem, atque hos omnes appellant ordinum ductores; quorum is, qui primus electus eſt, conſilium participat. Iſti au-

Ἑξῆς δὲ τούτοις μετὰ τῶν ταξιάρχων διεῖλον τὰς ἡλικίας ἑκάστην εἰς δέκα μέρη, πλὴν τῶν γροσφομάχων; καὶ προσένειμαν ἑκάστῳ μέρει τῶν ἐκλεχθέντων ἀνδρῶν, δύο ἡγεμόνας, καὶ δύο οὐραγούς· Τῶν δὲ γροσφομάχων τοὺς ἐπιβάλλοντας κατὰ τὸ πλῆθος, ἴσους ἐπὶ πάντα τὰ μέρη διένειμαν· Καὶ τὸ μὲν μέρος ἕκαστον ἐκάλεσαν καὶ τάγμα, καὶ σπεῖραν, καὶ σημαίαν, τοὺς δὲ ἡγεμόνας Κεντυρίωνας καὶ ταξιάρχους.

autem rurſus eligunt totidem Vragos. Poſt hæc deinde una cum Ordinum ductoribus dividunt ætates ſingulas ſive Genera in decem partes, exceptis Velitibus: & attribuunt cuique parti ex viris jam electis duos duces & duos Vragos. Reliquos autem Velites, uti multitudo eſt, dividunt æquabiliter in omnes partes. Atque harum quamque appellant Ordinem & Manipulum & Signum; ipſos autem duces, Centuriones & Ordinum ductores.

οὐραγοὺς) hanc vocem vertit Lipſius Tergiduces, Optiones; Caſaubonus, Coactores agminis.

Commentatio.

EX quoque dictorum Generum) non ſolum in quoque genere, ſed etiam ex quoque genere creati ſunt ordinum ductores. Ab initio Haſtati ex Haſtatis, Principes ex Principibus, Triarii ex Triariis creati ſunt; quod an-

autem poſtea ſæpe neglectum, cum e genere in genus ad honeſtiores ordines, virtutis cauſa, transferrent.

Exceptis natu minimis) ii ſunt Velites: qui nec ſigna propria habebant nec duces; Livio *Leves* dicti, qui Lib. VIII. ait: *Leves, qui haſtam tantum geſaque gererent, vocabantur.*

Eligunt) ex ſermonis contextu patet, Electionem hanc fuiſſe peractam a Tribunis, Conſulum juſſu aut permiſſu. Nam ii Ordines dabant pro arbitratu. Livius Lib. XL. *Conſul deprecatus eſt Tribunos plebis, ne prohibeant ſe, quem cuique ordinem adſignari e rep. ſit, eum adſignare.* Attamen uſi ſunt opera Tribunorum. De quibus Tribunis etiam apud Livium eodem libro dicit Sp. Liguſtinus: Ordinem, quo me dignum judicant Tribuni militum, adſignare ipſorum poteſtatis eſt.

Ordinum ductores) intelligit Centuriones, qui ſtatim ſunt creati, poſtquam milites in Genera erant diviſi; has in conſilium & auxilium aſſumunt Tribuni, qui una cum ordinum ductoribus ætates ſingulas dividunt.

Secundum virtutem) animi & corporis virtus eſt intelligenda; tamen illa militaris potiſſimum, ob quam promotos eſſe legimus. Promotos, dico, hæc enim propria vox eſt, hac in re, eoque ſenſu Suidas: Προμῶτος, προκόπτων παρὰ Ῥωμαίοις: Promotus, qui provehitur & adſcendit apud Romanos. Requirebatur ergo in promovendo Fortitudo, id quod patet ex Tacito Lib. I. Annal. *Germanicus inde centuriatum egit. Citatus ab Imperatore, nomen, ordinem, patriam; numerum ſtipendiorum, quæ ſtrenue in præliis feciſſet, & cui erant donaria militaria, edebat.* Priora ad notitiam viri aut honeſtatem ſpectabant; poſteriora ad hanc rem proprie. Nam a ſtrenue factis aut donariis maxime profecta eſt opinio. Poſtea per gratiam dati ſunt ordines: quemadmodum Vegetius de ſuo ævo queritur: „Legionum robur infractum,

ctum, cum præmia virtutis occuparet ambitio, & per gratiam promoverentur milites, qui conſueverant per virtutem.„ Quin & cenſus habita ratio, & quidam ditiores ſtatim ab initio Centuriones ſunt facti, ſine militiæ aliis rudimentis. Huc pertinet illud Portii Latronis apud Senecam Lib. II. Contr. I. „Cenſus in caſtris Ordinem promovet, cenſus in foro judices legit.„ Quidquod etiam alii facti per opes? qui emebant auro hanc dignitatem. Hujus rei arguit Piſonem Cicero Or. in Piſ. *quem*, ait, *Centurionatus palam vendidiſſe, ordinesque per ſervulum adſignaſſe*. Servulum, non Tribunum, interpretem turpis hujus nundinationis appellat. Idem Cicero Orat. pro Lege Man.„ Quem poſſumus imperatorem aliquo in numero putare, cujus in exercitu uencant Centuriatus atque venerint? quid hunc hominem magnum aut amplum de rep. cogitare, qui pecuniam ex ærario depromtam ad bellum adminiſtrandum, aut propter cupiditatem provinciæ magiſtratus diviſerit, aut propter avaritiam Romæ in quæſtu reliquerit? Veſtra admurmuratio facit Quirites, ut agnoſcere videamini, qui hæc fecerint.„ Proinde liquet, inferius ævum a laudabili Veterum inſtituto, quod eximie collaudat Polybius, defeciſſe, atque Centuriatus aliasque dignitates militares, quæ antea virtutis præmia cuique ceſſerant, vendidiſſe.

Decem) hæc eſt prior electio. Sunt tres ordines Haſtatorum, Principum & Triariorum, ergo prior electio dabat triginta ordinum ductores ſive Centuriones.

Altera electione iterum decem) quare non una eademque electione ſexaginta Centuriones legerint, hæc eſt cauſa. Triginta manipuli ſunt in Legione, in qualibet Centuriones duo. Ut igitur conſtaret, uter ex iis prior & quodammodo dignior eſſet, duplex hæc electio facta, & in quoque manipulo ſuo prælati electi illi primi,

mi. Inde porro patet, ſexaginta Centuriones in legione fuiſſe, ut docet Tacitus L. I. Ann. non tantum triginta, ut nonnulli falſo ſibi perſuadent.

Primus electus eſt) Primopilum intelligit, de quo poſtea. Unde patet, electionem illam primam factam primum in Triariis, tum Principibus, deinde Haſtatis, ordine ſcilicet dignitatum.

Conſilium participat.) Primus ille inter omnes eminuit: aditus ei ad conſilium militare patuit, ad quod veniendi jus primo omnium Legati habebant & Tribuni. Livius de prioribus L. IX. *Ad Conſules mœſtos, nec advocantes quidem in concilium, ſua ſponte Legati ac Tribuni veniunt.* Cæſar L. V. B. G. *Ad conſilium rem deferunt, L. Cato compluresque Tribuni militum & primorum Ordinum Centuriones nibil temere agendum cenſebant.* Iſtos Primopilos utrobique intelligi probabile eſt, ac cum illis, primos Principes, primos Haſtatos. Etſi interdum pleroſque omnes centuriones advocatos legamus; ſed pro tempore & arbitrio Ducis magis quam more. Interdum & Equites admixti, digniores ſcilicet militum, & Centurionibus æquandi. Cato Priſcus apud Livium L. XXXIV. „bello Hiſpanienſi, convocari Tribunos Præfectoſque & Equites omnes, & Centuriones juſſit; niſi mavis legere: Præfectoſque omnium equitum, quæ conjectura eſt Lipſii. Atque ii ſunt Decuriones, merito ſane vocati, ubi omnes Centuriones.

Iſti eligunt totidem Vragos.) Iſti videntur centuriones novi fuiſſe, qui ſibi *Vragos* elegerunt. Caſaubonus hanc Græcanicam vocem expoſuit per *Agminis coactores.* Horum cum alibi, tum in Suetonio Cap. XLV. fit mentio, *Renunciantes coactum agmen, ſicut erant, loricatos ad diſcumbendum adhortatus eſt.* Atque hi profecto a fine & a tergo curant. Hinc Lipſius vertit *Tergiduces,* qui poſtea *Optiones* dicebantur. Hi enim a Centurioni-

 bus

bus ſunt lecti, eisque vicariam præſtiterant operam. In Feſto: *Optio qui nunc dicitur, antea dicebatur Accenſus. Is adjutor dabatur Centurioni a Tribuno militum; quia ex eo tempore, quem velint, Centurionibus permiſſum eſt, optare, & nomen ex facto ſortitus eſt.* Senſus eſt hic, antea Accenſum dictum, cum Tribunus eum daret; ſed poſtquam Centurioni optandi eligendique jus fuit, factum Optionem. Vegetius Lib. II. c. VII. *Optiones ab optando appellati, quod antecedentibus ægritudine impeditis, hi tanquam adoptati eorum atque vicarii ſolent curare.* Polybius ipſe ſignificat, ipſos Centuriones anteceſſiſſe: Vragos a tergo fuiſſe. Illi videntur eſſe iidem, quos Livius *Succenturiones vocat.* Lib VIII. Dio Caſſius Lib. XXII. Ἑκατοντάρχας καὶ ὑπομείονας jungit, i. e. ad verbum, *Centuriones & Sub-minores*, quaſi dicat *Vicarios aut Procenturiones.* Vragi illi Polybiani reſpondent hodiernis noſtris locum tenentibus, Lieutenans, qui vicarii ſunt Centurionum.

Ætates ſingulas ſive Genera in decem partes) ætates appellat, quia pro ætate diviſi erant; ut dictum p. 71. Nimirum tota Legio habuit mille ducentos Haſtatos, mille ducentos Principes & 600. Triarios. Si Haſtatos in decem partes dividis, & ſic Principes & Triarios, prodibunt pro tribus diverſis militum generibus 30. partes; quæ partes vocantur *Manipuli*, e. g.

			Manip.		vir.
Haſtati erant	1200.	conſtituebant	10.	unusquisque	120
Principes	1200	— —	10	— —	120
Triarii	600	— —	10	— —	60

Sic tota Legio in 30. partes ſeu Manipulos erat diviſa. Cum Polybio conſentit L. Cincius apud Gellium Lib. XVI. c. 4. In Legione ſunt centuriæ ſexaginta, manipuli triginta, cohortes decem, vide ſequentem calculum

Le-

Legio, demtis Veliribus, habet 3000.

3̸0̸0̸0̸ _ | _ 50. Milites unam Centuriam, & 60. Centuriæ conſtituunt Legionem.
6̸6̸0̸ |

3̸0̸0̸0̸ _ | _ 100. Manipulus: & 30. Manipuli complent Legionem.
3̸3̸3̸0̸ |

Secundum ſuperiorem diviſionem Manipulus erat 120.

3̸0̸0̸0̸ _ | _ 300. Cohors: & 10. Cohortes ſunt in una Legione.
7̸7̸7̸0̸ |

Exceptis Velitibus.) *Velites* non proprios manipulos nec proprios duces habuere; ſed, ut Auctor monet, æquabiliter in omnes partes diſtributi ſunt, ita ut quodque genus manipulorum quadringentos, & quisque manipulus quadraginta habuerit, a quorum Centurionibus etiam Velites imperia acceperunt, & ad illos ſe applicabant. In agmine fere præmitti ſolebant ad incerta aut occulta viarum exploranda. Sic Cæſar conſuetudine ſua levis armaturæ Numidas, funditores ſagittariosque fere ſemper præmiſerat, ſi ad hoſtes contendit. Sic Alexander M. apud Curtium, ubi inſidias timuit, quadrato agmine & compoſito ibat, ſpeculatores ſubinde præmittens, qui explorarent loca: levis armatura ducebat agmen, phalanx eam ſequebatur; poſt pedites erant impedimenta. In Acie ſparſi erant ante & per intervalla, vide Iconismum Aciei Tab. I. Sed diſtributio hæc, de qua Polybius, videtur ad Cohortes maxime pertinere, in quas certum eſt, Velites fuiſſe relatos centum viginti, i. e. ter quadraginta, quot in ſingulis manipulis colligimus fuiſſe. Cohors igitur ſi alibi in præſidio aut diviſa, habuit ſuos Velites, & huic rei attributio illa ſerviit: de qua diviſione infra, ubi de Cohorte agimus. Vide Figur. Velitum Tab. II.

Or-

dixerunt, Latini cohortem vel chortem. Nam & ſic ſcribebant, ut ex vetuſtis marmoribus patet. Varro eam derivat a coërcendo, quod circa eum locum pecus coërceretur. Tres manipuli conſtituebant Cohortem; qui autem non ejusdem generis erant, e. g. Haſtatorum aut Principum: id enim commode non potuit fieri: nam ſuperfuiſſet manipulus unus in quoque genere poſt tres cohortes. Verius igitur eſt, mixtam e triplici genere fuiſſe, ſic cohortem repræſentaſſe quaſi parvam aliquam legionem. Habuit enim Haſtatos, Principes, Triarios, e ſingulis manipulum unum: & adde Velites, qui manipulos ſolent comitari. Juſta igitur & plena legionaria cohors, homines quadringenti & viginti. Hunc enim numerum conficiunt unus manipulus 120. Haſtatorum, unus man. 60. Triariorum, quibus additur manipulus unus 120. Velitum, qui eos comitati ſunt. Quod ſi pleniores manipuli aut legiones, plenior etiam erat cohors; ſic in Hiſtoricis legimus Quingenarias & Sexcenarias cohortes. Quas Græci reddunt σπείρας· Suidas.

NVMERI.

Suidas interpretatur Spiras, etiam *NVMEROS.* Σπεῖραι, inquit, πλήθη στρατευμάτων, Φάλαγγες, Νύμερα. Et conſtat, inferiore æuo Numeros crebro legi ſive de cohortibus ſive de Legionibus ipſis. Cohortes autem iſtæ omnes in legionibus numero æquales, quia & manipuli erant æquales. Cohorti Primæ præcipuus honos habitus. Hinc Cicero Lib. V. epiſt. XX. ad Att. ut magnum aliquod refert, Bibulum amiſiſſe totam Cohortem Primam. Eminebat inter ceteras ideo, quod primi in ea Centuriones generis cujusque; fortaſſe & flos aliquis & electio virorum. Vegetius Lib. II. c. 6. ſcribit, in Prima Cohorte mille centum quinque pedites fuiſſe, in aliis non niſi quingentos quinquaginta quinque, id intelligendum de recentioribus tempo-

poribus, non de priſca illa militia, de qua loquitur Polybius.

Occurrunt etiam in Scriptoribus Rom. *Prætoriæ Cohortes*, in quas velut extra ordinem fortiſſimus quisque & grandis adſcriptus. De quarum Origine Feſtus: Prætoria cohors, quod a Prætore non diſcederet. Scipio enim Africanus primus fortiſſimum quemque delegit, qui ab eo in bello non diſcederent, & reliquo militiæ munere vacarent, & ſesquiplex ſtipendium acciperent. *Prætoria igitur cohors erat*, quam Dux præſidii cauſa circa ſe habuit, qualem ſine dubio I. Cæſar in Gallia aluit, ut conjicere licet ex eo, quod dixerat L. I. c. 40. B. G. *Quod ſi præterea nemo ſequatur; tamen ſe cum ſola decima legione iturum, de qua non dubitaret; ſibique eam Prætoriam Cohortem futuram.* Prætoriani non ſolum pedites, ſed etiam equites fuere, ut ſtatuit Lipſius L. II. Dial. IV. auctoritate Salluſtii ad id credendum inductus. Hic enim de Mario ſcribit: Cum *Turma* ſua, quam ex fortiſſimis magis quam familiariſſimis paraverat. Equitum enim, ut vult Lipſius, turma fuit. Sed ex alio Cæſaris loco, qui extat cit. libro c. 42. potius colligeres, Prætorianos fuiſſe tantum pedites. Nam cum Cæſar legionarios milites decimæ legionis, ut præſidium quam amiciſſimum haberet, impoſuiſſet equis, quos Gallis equitibus detraxerat, non irridicule quidam ex militibus decimæ legionis dixit: *plusquam pollicitus eſſet, Cæſarem facere: pollicitum eſſe in cohortis prætoriæ loco decimam legionem habiturum, nunc ad equum reſcribere.* Quod fortaſſe non veluti inſolitum jactaſſet, ſi prætoriani milites etiam equis meruiſſent. Hæc mea eſt conjectura; tamen veroſimilis, Salluſtii auctoritatem non moror; ſiquidem, fatente ipſo Lipſio, inferiori ævo non res ſolum, ſed verba etiam in militia confundebantur, & cohors ſæpe de equitibus, & turma de peditibus legitur. Hoc genus militum inſignibus armis erant

or-

ornati, thoracibus ſquameis & ſcutis imbricatis. Bello civili ingruente, cohortes prætorianæ auctæ ſunt, ita, ut Auguſtus Romæ circa ſe habuerit novem prætorias cohortes, firmamentum imperii & poſtea peſtem. Quod Romanis fuit Cohors Prætoria, Macedonibus erat cohors regia. Sequitur

LEGIO.

EX decem cohortibus Legio fit, inde, ut Varro ait, dicta, quod leguntur milites in delectu. Plutarchus: *ἐκλήθη λεγεὼν τῷ λογάδας εἶναι τοὺς μαχίμους ἐκ πάντων*· *Vocata eſt Legio quod lecti ex omnibus eſſent militares.* Invenit eam Romulus, & quidem, ut Varro, Dionyſius, Plutarchus tradiderunt, trium millium, cum ſumeret ex ſingulis tribubus ſingula millia, atqui eæ tres erant: ſtatim regibus ejectis, Legiones erant quatermillenæ. Ita Dionyſius a P. Valerio Poplicola ſcripta commemorat *δέκα τάγματα ἐξ ἀνδρῶν τετρακισχιλίων ἕκαστον*: decem legiones e quater mille viris ſingulas. Tempore belli Hanniballici, ut Livius ait, Lib. XXII. Legio quinque millium facta eſt: *alii*, inquit, *quatuor legiones novas ſcriptas tradunt, numero quoque peditum equitumque legiones auctas, millibus peditum & centenis equitibus in ſingulas adjectis.* En! tunc ad quina millia ventum. Denique facta etiam ſex millium, idque a Scipione in Africam trajecturo, qui ſupplevit ita legiones (ait Livius Lib. XXX.) ut ſingulæ ſena millia & ducenos pedites, trecentos haberent equites. Suidas ſcribit, Legionem *6666.* milites continere. Sed aliter Varro L. IV. de Ling. Lat. & Veget. L. II. c. 2. Hi autores produnt etiam, quomodo per ordinem ætatis ſingulæ Legionis partes fuerint diſtinctæ. Ita in Legione prima ætas fuit Triariorum, altera Principum, tertia Haſtatorum, ultima Velitum, quæ Velitum demta, ſubdividebantur ſigillatim in decem Centurias (quæ ſunt Polybio manipuli) quibus ſingulis præficiebantur centurio-

riones. Singulæ autem centuriæ ſic in Triariis vocabantur primum pilum, ſecundum pilum, ac deinceps usque ad decimum pilum. In Principibus primus Princeps, ſecundus princeps, usque ad decimum: in Haſtatis, primus haſtatus; ſecundus haſtatus &c. Duces ita quoque appellabantur primi pili Centurio, primi principis Centurio, primi haſtati Centurio, & ita usque ad decimum. Sed velites in has triginta centurias pro rata parte ſubdividebantur. Livius L. VIII. ſcribit, in prima acie haſtatos collocari, in ſecunda principes, qui & Antepilani dicebantur, & robur exercitus, quo illud Thraſonis in Eunuch. Act. IV. Scen. 7. *Tu hoſce inſtrue, hic ego ero poſt principia.*

Attribuunt cuique parti duos duces.) Pars hic ſignificat Manipulum, tales in Legione triginta, & in quaque duo Centuriones ſive duces, ergo certum eſt; ſexaginta eos fuiſſe. Sed & illi hic refutantur, qui unum fuiſſe tantum Primopilum, putant. Unde enim ſexaginta erunt Centuriones? unde cuique parti duo? quod hic dicitur. Livii locus, qui eos inducit, eſt: *Duo Primopili ex utraque acie inter Triarios erant, Romanus corpore haud ſatis validus, Latinus viribus ingens, bellatorque primus.* Sed non ea ſententia, duos tantum fuiſſe, id eſt, unum in unaquaque acie (id vero non poteſt; nam quatuor ibi Romanæ legiones erant) ſed duos tales, cum notis valetudinis & roboris adſcriptis.

Polyb. §. 10.

Οὗτοι δὲ καθ' ἑκάϛην σπεῖραν ἐκ τῶν καταλειπομένων ἐξέλεξαν αὐτοὶ δύο τὰς

Verſio Latina.

HI in ſingulis manipulis, ex omni numero duos eligunt ſigniferos,

τοὺς ἀκμαιοτάτους καὶ γενναιοτάτους ἄνδρας σημαιοφόρους. Δύο δὲ καθ' ἕκαστον τάγμα ποιοῦσιν ἡγεμόνας, εἰκότως. Ἀδήλου γὰρ ὄντος καὶ τοῦ ποιῆσαι, καὶ τοῦ παθεῖν τι τὸν ἡγεμόνα, τῆς πολεμικῆς χρείας οὐκ ἐπιδεχομένης πρόφασιν, οὐδέποτε βούλονται τὴν σπεῖραν χωρὶς ἡγεμόνος εἶναι καὶ προστάτου. Παρόντων μὲν οὖν ἀμφοτέρων, ὁ μὲν πρῶτος αἱρεθεὶς ἡγεῖται τοῦ δεξιοῦ μέρους τῆς σπείρας· ὁ δὲ δεύτερος τῶν εὐωνύμων ἀνδρῶν τῆς σημαίας ἔχει τὴν ἡγεμονίαν. μὴ παρόντων δ' ὁ καταλειπόμενος ἡγεῖται πάντων. Βούλονται δ' εἶναι τοὺς ταξιάρχους οὐχ οὕτω θρασεῖς καὶ φιλοκινδύνους; ὡς ἡγεμονικοὺς καὶ στασίμους, καὶ βαθεῖς μᾶλλον ταῖς ψυχαῖς, οὐδ' ἐξ ἀκεραίου προσπίπτειν ἢ κατάρχεσθαι τῆς μάχης,

ros virtute & generoſa mente præſtantiſſimos. Quod autem duos cuique manipulo duces attribuant, ratione id faciunt. Cum enim ſit incertum, quid quiſque facere aut pati poſſit, neque excuſationem ullam bellica res admittat; committere nolunt, ut manipulus ſine duce ſit & præfecto. Igitur præſentibus quidem ambobus, qui prior electus, is dextræ manipuli præeſt parti, alter ſiniſtræ. Si non adſunt ambo, qui ſolus reſtat, is præeſt omnibus. Probant autem Romani Centuriones; non tam eos, qui ſunt audaces & ad pericula ſubeunda promti, quam qui arte imperatoria valent, ac ſunt firmi, ſtabiles & alto ma-

χῆς, ἐπικρατουμένους δὲ καὶ πιεζομένους ὑπομένειν καὶ ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τῆς χώρας·

magis animo: non qui temere confligunt aut pugnæ initium faciunt. Sed qui ſuperiore hoſte & cum premuntur, durant, & prius mortem oppetunt, quam ſtationem deſerunt.

Commentatio.

Duos eligunt ſigniferos.) Polybius indicare videtur, duo ſigna in quolibet manipulo fuiſſe. Nec aliter e Livio, qui in Ordine, i. e. dimidio manipulo locat Centurionem & Vexillarium unum. Videtur & Vegetius ad hanc ſententiam accedere. *Antiqui cohortes in centuriis ſingula vexilla conſtituerunt.* Dat ergo ſingula ſingulis Centuriis, atqui in manipulo Centuriæ duæ: Ergo duo Signiferi. Nos arbitramur, in manipulo unum duntaxat Signum vel Vexillum ſtetiſſe; licet fuerint duo Signiferi; qui ita dabantur, ut alter alterius vicem obiret in defatigatione (gravia enim erant Signa) aut etiam in morbo. Et eadem cauſa a Polybio adfertur, quare duo Centuriones præſint uni manipulo.

Ceterum *SIGNVM* proprie fuit peditum; *VEXILLVM* vero equitum. Quando Livius L. VIII. in Ordine locat unum Centurionem & Vexillarium unum; & quando Vegetius Lib. II. c. 13. dicit: Antiqui cohortes in centurias diviſerunt, & ſingulis centuriis ſingula vexilla conſtituerunt: confundunt illi vexilla cum Signo. Vexilla non panni aut vela fuerunt, id quod ex nummis & lapidibus eſt videre. Videtur autem uni manipulo unum tantum fuiſſe ſignum, non duo. Nam profecto nimia eſt illa ſignorum pluralitas; fuiſſent ni-

nimirum in una legione, peditum ſexaginta, & equitum dena Signa: Sociorum totidem in peditibus, in equitibus duplum. Nam ſingulis Turmis ſua ſigna fuiſſe, non dubitamus. Hæc tot Signa ſine dubio confuſionem peperiſſent. Accedit Varronis Lib. IV. de L. L. auctoritas: „Manipulus, minima exercitus manus, quæ unum ſequitur Signum.„ Ipſe Polybius Manipulum paſſim Σημαίαν (i. e. Signum) vertit & appellat: Signum dico, non Signa. Quid, quod una modo Legionis Aquila, & ea Primopilo commiſſa? cur non in ceteris?

Qui prior electus eſt, præeſt dextræ parti.) Pars hic ſignificat Centuriam ſive Ordinem, i. e. Manipulum dimidiatum. Jam non alienum erit, de Promotionibus ad altiores ordines, de primo Principe, Octavo Haſtato &c. quarum dignitatum crebra fit mentio in antiquis Auctoribus, dicere. Ordo igitur aut Dignitas Centurionum inſtituitur triplex *Numero, Genere & Situ* diſtincta. *Dignitas a Numero petita* in ipſis manipulis aut cohortibus eſt, & ut illi atque iſtæ non niſi Decimæ; ſic Centuriones. e. g. ſunt decem manipuli Haſtatorum, ergo Centuriones primi manipuli ſunt digniores Centurionibus ſecundi manipuli; Centuriones ſecundi manipuli digniores Centurionibus tertii, & ſic porrò. Eadem ratio eſt Principum & Triariorum. In quaque Legione erant decem Cohortes: Centuriones primæ cohortis dignitate ſuperabant Centuriones ſecundæ, & ſic porro. *Secunda dignitas* reſultabat *ex Genere*, quod ſpectatur in cohorte una: e. g. cohors habebat unum manipulum Haſtatorum, unum Principum & unum Triariorum. Singulis manipulis præerant duo Centuriones, & ſic in una cohorte ſunt ſex Centuriones. Qui ſunt honeſtiſſimi? ſine dubio Centuriones Triariorum, tum Principum, ultimi Haſtatorum. Tertiam dignitatem dabat *Situs,* quæ ſpectat eos, qui ejuſdem *Numeri, Generis,* imo *manipuli* ſunt: e. g. inter duos Primipilos, duos

octavos Haſtatos, &c. dignior erat, qui præfuit parti ſive Ordini dextro, id quod Polybius §. 10. innuit. *Dextræ autem parti præfuit, qui primus electus eſt in electione priore.* Sunt duæ electiones §. 9. priore eligebant Centuriones triginta: nempe in unoquoque Genere & Manipulo decem; tum iterum triginta, diviſione eadem. Ergo omnes, primi, ſecundi, tertii, in tali manipulo, priore electione dicti; ii præerant dextræ centuriæ, & hoc reſpectu in eodem Numero, Genere, Manipulo digniores. Qui hæc de dignitate Centurionum recte intelligit, inoffenſo pede progredietur in lectione Auctorum, qui res Romanas memoriæ prodiderunt; qui vero hujus notitiæ ſunt expertes, in tenebris quaſi oberrabunt. Notandum, interdum Haſtatum aut Principem denotare ipſum Ordinem: ut apud Ovidium: - - Haſtatos inſtituitque decem. Interdum Haſtatus aut Princeps ſine addita nota Numeri, ſignificat primum κατ' ἐξοχὴν, e. g. Florus: Minucius quartæ legionis Haſtatus, intellige primum. Livius: T. Pedanius Princeps tertiæ legionis, accipe primum.

Promotio Centurionum.

PRomoti ſunt Centuriones non ſaltu, ſed gradu; & ab infimis ordinibus perveniebant ad primos. Quæritur autem, an per Numerum aſcenderent, ita ut a decimo Haſtato ad nonum, & ſic conſequenter ad primum Haſtatum? tum a decimo Principe ad primum? denique a decimo Pilo ad ſummum eveherentur? Non: ſed videtur veriſimilius, per cohortes & manipulos promotionem eſſe factam. e. g. Erant decem cohortes unius legionis. Infima fuit decima; & in ea cohorte tres reperiebantur manipuli, in quoque eorum duo centuriones; omnes Numero pares, Genere impares: ideo promotio in eodem Numero & Cohorte, a manipulo ad manipulum, ſive a Genere ad Genus fuit: videlicet a decimo Haſtato ad decimum Principem, ab iſto ad deci-

cimum Pilum. Si vero aliquis primus fuerat Haſtatus, a primo Haſtato ad primum Principem, a primo Principe ad primum Pilum ibant. Vegetius id confirma Lib. II. c. VIII. *Vetus conſuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis promoveretur Centurio primi Pili.* Virtus interdum rumpebat ordinem, quæ ſuos cultores ſaltu quoque ad prima loca evexerat. Exemplum habemus in Sp. Liguſtino, apud Livium, qui a decimo Haſtato ad primum traductus; ab iſto ad primum Principem; iterum ab iſto ad primum Pilum. Hæc omnia virtutis cauſa. Hinc facile intellectu eſt, qui ſint

PRIMI ORDINES.

Hi ſunt in cohorte prima: primus Haſtatus uterque, primus Princeps, primus pilus. Jam intelligimus Cæſarem, Lib. II. B. G. *Legatos primorum ordinum Centuriones ad Cæſarem mittunt.* Ut & Tacitum Lib. III. Hiſtor. *Urgebatur maxime ſeptima legio nuper a Galba conſcripta, occiſi ſex primorum ordinum Centuriones.* Hic, inquit, ſex centuriones primorum ordinum eſſe occiſos, ergo omnes in cohorte prima cecidere. Idem eſt, cum *primos ordines* pro ipſis Centurionibus talium ordinum compendio quodam dicunt. Uti Cæſar Lib. V. G. B. *cum a Cotta primisque centurionibus acriter reſiſteretur.* Hinc intelligimus, qui fuerint inferiores aut infimi Ordines; qui iidem ſunt. Quibus intellectis, innoteſcit nobis mens Cæſaris L. V. B. G. *Erant in ea legione fortiſſimi viri, qui jam primis ordinibus appropinquabant, T. Pulſio & L. Varenus. Ii perpetuas controverſias inter ſe habebant, omnibusque annis de loco ſummis ſimultatibus certabant.* Cæſar ait, eos in ſecundo Principe aut Pilo fuiſſe, in cohorte ſecunda, & id certamen pluribus annis fuiſſe, quia pariter aſcendebant, & in pari virtute adnixi præire, non præibant.

 Nam

Nam virtutis ſæpe hic reſpectus, & ea eximia ad primum ſæpe locum ſaltu traducebat. Quis vero erat Centurionum Princeps,

PRIMOPILVS.

PRimopilus erat apud Romanos magna & invidenda militari dignitate. Varie appellabatur. Centurio primipili, a Livio, Vellejo, Cæſare. Dicitur etiam ſimpliciter; Primipilus, Primopilus, vocibus junctis. Dictus eſt etiam abſolute: Primus Centurio. Item ἡγεμὼν τοῦ τάγματος, dux legionis, aliquoties Dionyſio: & στρατοπεδάρχης τοῦ τάγματος, Præfectus legionis: & Primopilatus στρατοπεδαρχία. Primopilus ergo caput ipſe omnium centurionum. Dionyſius de Flavolejo Primopilo: ἦν δὲ ἀνὴρ δημοτικὸς, ἀλλὰ τῶν ἐπαινουμένων δι' ἀρετὴν, καὶ τὰ πόλεμα ἄλκιμος καὶ δι' ἄμφω ταῦτα ἑνὸς τῶν ταγμάτων τῇ λαμπροτάτῃ ἀρχῇ κεκοσμημένος, ᾗ τὰς ἑξήκοντα ἑκατονταρχίας ἕπεσθαί τε καὶ τὸ κελευόμενον ὑπηρετεῖν κελεύει ὁ νόμος, τούτους Ῥωμαῖοι τοὺς ἡγεμόνας τῇ πατρίῳ γλώττῃ πριμοπίλους καλοῦσι. *Erat vir plebejus genere, ſed virtute nobilis, & bello bonus, atque ab ea utraque (duplicem virtutem nota in Promotione) ſplendidiſſima dignitate ornatus in una legionum, cui ſexaginta centurias ſubſequi & quod juſſerit exequi, lex jubet. Hos tales duces Romani patrio ſuo ſermone Primopilos vocant.* Ait ſequi eum ſexaginta centurias, i. e. omnes: tot enim in legione, ergo etiam in Collegam ſuum, ſiniſtrum Primopilum, jus aliquod habet. Nam hæc de dextro accipienda, & ſummo. Ait, & juſſa ejus ceteros exequi oportere. Nimirum ordinarie ſuæ duntaxat centuriæ præerat; ſed quia Imperatoris mandata aut Tribunorum per illum edebantur in vulgus, parebant ei omnes, in acie, in agmine, eum adſpiciebant, & ad ejus nutum ſiſtebant aut procedebant: ideo, quia Aquilam regebat, primum Signum. Dionyſius hoc docet, de L. Siccio: Ἑτέρα δὲ πάλιν ἀ-

γω-

γῶνος ἐνςάντος, ἐν ᾧ τόντε ςρατοπεδάρχην τοῦ τάγματος ἡμῶν συνέβη πεσεῖν, καὶ τὸν ἀετὸν ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γενέσθαι, τὸν αὐτὸν τρόπον ἀγωνισάμενος, τόντε ἀετὸν ἀνεσωσάμην, καὶ τὸν ςρατοπεδάρχην ἔσωσα. Ὃς ἐμοὶ τῆς τότε βοηθείας χάριν ἀποδιδοὺς, τῆς ἡγεμονίας τοῦ τάγματος ἀφίςατό μοι, καὶ τὸν ἀ τὸν ἐδίδου· *Alio iterum prælio, in quo Præfectum legionis noſtræ contigit cadere, & aquilam venire in poteſtatem, ego pariter pugnans, & aquilam ſervavi, & præfectum eripui, qui gratiam mihi auxilii ejus referens, ducatum legionis ceſſit, & aquilam dedit*: Lipſius vertit ςρατοπεδάρχην τοῦ τάγματος *Primopilum*; quia Vegetius, Centurio, inquit, primipili non ſolum aquilæ præerat; ſed etiam quatuor centurias in prima acie gubernabat. Quoniam igitur aquila in Primopili tutela, & ei velut adſignata; inde manavit, ut Aquila pro ipſo illo munere & Primopilatu uſurparetur a Plinio Lib. XIV. cap. 1. „Centurionum in manu vitis, & opimo præmio tardos ordines ad lætas perducit aquilas.„ Vitis erat inſigne centurionatus & ea per tardas promotiones & adſcenſus perducit ad Primopili Aquilam. Dicit ad lætas aquilas, quia re ipſa illa dignitas ob præmia opima læta erat & locupletiſſimos reddebat. Magnam ſane pecuniam definivit Auguſtus Primopilis, quam & Papinianus tetigit. Pater filiam ex ratione commodorum primipili trecentos aureos accipere voluit, Lib. XXIV. de adim. legat. Ad quam & Suetonius adſpexit, cum ſcribit, Caligulam, per improbam avaritiam, pleriſque Centurionum maturis jam, & intra pauciſſimos quàm conſummaturi eſſent dies, primos pilos ademiſſe, cauſatum ſenium cujusque & imbecillitatem. Fortaſſe tantum pecuniæ Primopilo datum, quantum cenſui equeſtri reſpondebat: certe adjunctus erat ille honor, & pro equite erant, qui Primopilatu functi. Martialis:

Soſpite me ſoſpes Latias reveheris ad urbes,
Et referes pili præmia clarus eques.

Et Ovidius Lib. III. Amor. Eleg. VII. dixit cum indignatiuncula:

> *Diſcite, qui ſapitis, non hæc, quæ ſcimus, inertes,*
> *Sed trepidas acies & fera bella ſequi.*
> *Proque bono verſu primum deducite pilum.*

Interim Primopilaris & Primopilus non ſunt iidem. Primopilaris eſt is, qui habuit dignitatem; Primopilus autem, qui habet. Quemadmodum uſu Romano dicitur Conſularis, qui honore Conſulis perfunctus eſt; Conſul, qui illud munus adminiſtrat. Sicuti Centuriones manipulis: ita legioni toti præfuerunt

TRIBVNI.

HI ex Equite & plebe erant creati; plures ex Equitibus, uti dictum p. 16. & ſeq. Atque ideo Cæſar cum Præfectos Tribunosque militum aſe miſſos, maritimæ civitates in cuſtodia habuiſſent; mox inter cauſas belli recenſet, injurias retentorum equitum Romanorum, Quos antea Tribunos appellaverat, jam equites vocat. Tribuni etiam non raro e Senatoriis electi ſunt, præſertim graviore bello: Livius: Duo conſulares Tribuni militum cum eo miſſi. Sed id rarum: alioqui contra, gradus hic ad Senatorium ordinem erat. Seneca hac mente: „Quam multos ſplendidiſſime natos, Senatorium per militiam auſpicantes gradum, fortuna depreſſit.„ Hoc fine Auguſtus, ut Suetonius tradit cap. 38. Senatorum liberis protinus a virili toga latum clavum induere permiſit, militiamque auſpicantibus non Tribunatum modo legionum; ſed & Præfecturas alarum dedit. Latus clavus fuit veſtis Senatoria latis clavis ornata, cui toga purpura prætexta ſuperinduebatur, inſigne ordinis Senatorii. Hinc Horatius L. I. Sat. V.

Fun-

Fundos Aufidio Luſco prætore libenter
Linquimus, inſani ridentes præmia ſcribæ,
Prætextam & latum clavum prunæque batillum.

Atque hinc illo ævo aliud diſcrimen Tribunorum ſubortum, ut quidam Laticlavii, quidam Auguſticlavii eſſent; illi, qui ex Senatu, hi, qui ex equite nati ſunt. Prius genus intellexit Statius in Silo. *Quem decet clarior præſtantiorque Ordo Tribuni.* Præſtantior Ordo eſt ille ex Senatoriis ortus. At de Auguſticlavio loquitur Suetonius: *interfuit huic bello Suetonius Lævis, tertiæ decimæ legionis Tribunus Auguſticlavius.* Utrumque genus ambitioſe petitum & datum, & quo pluribus gratificari poſſent, factum Semeſtre. Occurrunt etiam Tribuni cohortium, ut in Cæſare L. II. Civ. conſenſiſſe Gaditanos cum Tribunis Cohortium. Videtur poſt Polybii tempora aliquid in numero Tribunorum mutatum, & ſociis jam admiſſis in legiones, auctos fortaſſe pro numero cohortium Tribunos. In ſacra Domini hiſtoria apud Johannem: Cohors ergo & Tribunus & miniſtri; & in Principum actis crebro legimus: Tribunos Maurorum, Aſſyriorum, Vocantiorum, ſociarumque gentium. Fuere ergo Tribuni cohortium ſemper honeſtiores. Ceterum vox Tribunatus laxa ſignificatione uſurpari ſolebat, & variarum rerum adminiſtrationem aut præfecturam denotabat. Ut Tribunus ſtabuli, fabricæ, voluptatum &c.

Munia Tribunorum ſunt (1.) *Jus dicere.* Livius Lib. XXVIII. „Tribunos & jura reddere in principiis ſinebant, & ſignum ab eis petebant.„ Tertullianus de Idolol. c. XIX. adludit, dum quærit, an Chriſtiano militia conveniat etiam caligata vel inferior, cui non ſit neceſſitas immolationum, vel capitalium judiciorum. Oſtendit, Tribunos atque iſtos altiores gradus etiam de capite cognoviſſe. (2.) *Signum excubiis dant, vigilias curant, munitiones, exercitia.*

Ornamenta ſunt: *Annulus aureus*, quo ceteros milites non fas uti. Appianus: χρυσοφοροῦσι τῶν στρατευομένων οἱ χιλίαρχοι, τῶν ἐλαττόνων σιδηροφορούντων: Aureos ferunt annulos inter militantes Tribuni, cum alii inferiores ferreos geſtent. Equites etiam annulis utebantur, quia pari fere dignitate & loco fuerant cum Tribunis. Hoc diſcrimen tamen ſuſtulit diu poſt Severus Imperator, qui inter alia militibus indulſit, καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς χρήσασθαι, etiam aureis annulis uti. Videatur Herodianus in hoc Imperatore. Fortaſſe & *inſigne alterum in veſte*, quam ſplendidiorem paulo geſſiſſe vero haud abſimile eſt. Appianus, ait: Octavianum Cæſarem τοῖς λοχαγοῖς καὶ χιλιάρχοις περιπορφύρους ἐσθῆτας καὶ βουλευτικὴν ἐν ταῖς πατρίσιν ἀξίωσιν, i. e. Tribunis & Centurionibus veſtes prætextas & Senatoriam dignitatem in patria obtuliſſe.

Polyb. §. 11.

Παραπλησίως δὲ καὶ τοὺς ἱππεῖς εἰς ἴλας δέκα διεῖλον· Ἐξ ἑκάστης δὲ τρεῖς προκρίνουσιν ἰλάρχας. οὗτοι δ' αὐτοὶ τρεῖς προσέλαβον οὐραγούς. Ὁ μὲν οὖν πρῶτος αἱρεθεὶς ἰλάρχης ἡγεῖται τῆς ἴλης. οἱ δὲ δύο δεκαδάρχων ἔχουσι τάξιν· Καλοῦνται δὲ πάντες Δεκουρίωνες· Μὴ παρόντος δὲ τοῦ πρώτου, πά-

Verſio Latina.

Similí modo etiam equites in turmas decem dividunt, e quarum ſingulis tres turmarum duces creant. Hi totidem Vragos adſumunt. Qui primus turmæ ductor eſt electus, turmæ præeſt; reliqui Decurionum locum obtinent: atque adeo omnes Decuriones appel-

πάλιν ὁ δεύτερος ἰλάρχου λαμβάνει τάξιν·

pellantur. Quoties primus abeſt, ſecundus pro turmæ Præfecto ſe gerit.

ἴλας) aliis eſt Ala, ſed Lipſius vertit Turma.
οὐραγὸς) vid p. 73.

Commentatio.

IN *decem turmas.*) Turma denotat ter denos Equites Varroni, qui & nomen a ternario illo numero petit, Turma, inquit, Terma eſt: E in V abiit, quod ter dein equites ex tribus tribubus, Tatienſium, Ramnium, Lucerum fiebant. Vegetius turmam paulo grandiorem facit: habet, inquit, una Turma equites triginta duos. Ex Livio & aliis conſtat, jam olim ſub ipſo Romulo trecentos equites in legionem ſcriptos, i. e. decem tricenarias turmas. Livius Lib. III. *Equites duarum legionum, ſexcenti fere, ex equis deſiliunt.* Ponit ſexcentos, ergo dimidiatos, i. e. 300. in ſingulis. Rurſus in Bello Latino Lib. VIII. ſcribebantur autem quatuor fere legiones quaternis millibus peditum, equitibus in ſingulis tricenis. Polybius Libr. I. Ἔστι δὲ παρὰ Ῥωμαίοις τὰ πάντα τέτταρα στρατόπεδα ῥωμαϊκά, χωρὶς τῶν συμμάχων, ἃ κατ' ἐνιαυτὸν προχειρίζονται, τούτων ἕκαστον ἀνὰ τετρακισχιλίους πεζοὺς, ἱππεῖς δὲ τριακοσίους: *Sunt apud Romanos in univerſum quatuor legiones, præter Socios, quas in annos ſingulos parant.* Harum quæque habet ad quater mille pedites, equites trecentos. Apparet ergo, Legioni additos eſſe 300. equites. Ad quem ſolennem numerum reſpexit Virgilius Lib. IX.

— equites ex urbe Latina
Ter centum, ſcutati omnes, Volſcente magiſtro.

Hic

Hic de numero equitum; Ovidius autem de diviſione loquitur:

> *Et totidem Princeps, totidem Pilanus habebat*
> *Corpora, legitimo quique merebat equo.*

non ſolum, inquit, peditum genera in decem quæque partes diviſa, ſed & eques.

Tres turmarum duces creant.) Legioni, uti modo dictam, trecenti equites ſunt additi; quibus in decem Turmas diſtributis, una Turma habuit triginta equites; & cum ex ſingulis turmis tres eligerent duces, triginta duces fuerunt. Hic obſervandum, quod Turmas cum cohortibus componant & numero æquent; Decurias cum Manipulis, hoc modo

Tota Legio habet	peditum 10 Coh. & 1 Cohors 3 Manip.	
	equitum 10 turm. & 1 turma 3 Decur.	

Duces igitur etiam totidem, niſi hoc diſcrimine, quod una turma unum, non geminos, ut manipulus habet. Nam ex tribus illis electis ducibus unus isque, qui primus electus eſt, imperat toti turmæ, reliqui duo Decurionum locum habent, & Decuriones appellantur.

Hi totidem Vragos adſumunt) hinc patet, *Vragos* non alios fuiſſe, quam *Optiones*, de quibus p. 73. egimus. Varro. *Primi ſingularum Decuriarum Decuriones dicti, qui ab eo in ſingulis turmis ſunt etiam nunc terni. Quos hi primo adminiſtros ſibi adoptabant, Optiones vocari cœpti, quos nunc propter ambitionem Tribuni faciunt.* Idem dicit Polybius. Varro addit immutatum poſtea eſſe, & Tribunos militum Optionatus jam iſtos dediſſe, idque propter ambitionem, quia honos ſcilicet in eo & præmium fuit. M. Cato in ea, quam habuit ad equites or. apud Feſtum ſcribit; „Majores ſeorſum atque diverſum pretium pa-

paravere bonis atque ſtrenuis; Decurionatus; Optionatus, Haſtas donaticas, aliosque honores.„ Loquuntur ergo palam de Vragis illis.

Qui primus turmæ ductor eſt electus) quæritur, an hic primus alio & Præfecti nomine ſit dictus? Negat Polybius, & omnes Decuriones, ait, eſſe appellatos. Etiam Vegetius Lib. II. c. 14. Turmæ qui præeſt, Decurio nominatus. Ut enim centum pedites ab uno Centurione, ſic triginta duo equites ab uno Decurione ſub uno vexillo reguntur. Dicit: ſub uno vexillo. Ergo quæque Turma unum ſignum habuit, non quæque Decuria.

Cum prmus autem non adeſt.) Idem quod in Centurionibus, de quibus dictum.

Pro turmæ præfecto.) Romani in ſuis Turmis non agnoverunt niſi Decuriones. An apud Socios Turmæ præfectus peculiaris dignitas fuerit, diverſa a Decurionis, non conſtat. Florus tamen Lib. I. c. 18. „Frentanæ turmæ Præfectus Obſidius. Fortaſſe id moris obtinuit, ut primus Decurionum honeſtiore nomine Præfecti cohoneſtaretur, ſicuti in peditatu primus Centurio Primopilus dicebatur.

Polyb. §. 12.

Πραιφέκτοι πρῶτον μὲν τοῖς ὑπάτοις, τὰς ἐπιτηδειοτάτας πρὸς τὴν ἀληθινὴν χρείαν ἐκ πάντων τῶν παραγεγονότων συμμάχων

Verſio Latina.

PRæfecti ex omnibus ſociis præſentibus maxime idoneos, quorum opera Conſules utantur, tam equites quam pe-

χων ἱππεῖς καὶ πεζοὺς ἐκλέγουσι τούτους καλουμένους ἐκτραορδιναρίους, ὃ μεθερμηνευόμενον ἐπιλέκτους δηλοῖ. τὸ δὲ πλῆθος γίνεται τὸ πᾶν τῶν συμμάχων, τὸ μὲν τῶν πεζῶν, πάρισον τοῖς Ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις, ὡς τὸ πολύ. τὸ δὲ τῶν ἱππέων, διπλάσιον. ἐκ δὲ τούτων λαμβάνουσιν τῶν μὲν ἱππέων εἰς τοὺς ἐπιλέκτους τὸ τρίτον μέρος. Τῶν δὲ πεζῶν τὸ πέμπτον, τοὺς δὲ λοιποὺς διεῖλον εἰς δύο μέρη, καὶ καλοῦσι τὸ μὲν δεξιὸν, τὸ δὲ εὐώνυμον κέρας.

pedites, ſeligunt, quos vocant Extraordinarios, ſive ſi Græce interpreteris, ἐπιλέκτους: id enim ſignificat hæc vox. Multitudo autem omnis Sociorum, peditum quidem par Romanis legionibus, ut plurimum; Equitum autem dupla. Ex his ſumunt in Extraordinarios ex equitibus, partem fere tertiam; ex peditibus quintam. Reliquos autem dividunt in duas partes, earumque alteram dextrum, alteram ſiniſtrum cornu appellant.

Commentatio.

PRæfecti) ita illi dicti, qui Sociis præerant, vice Tribunorum, ii ergo nunc dividunt milites & ordinant, ſicut in Legionibus Tribuni, vid. p. 164.

Tam equites quam pedites.) Pedites equiteſque Sociorum in duo velut corpora diviſi erant, nec habiti una. Id & ordinis & ſecuritatis cauſa factum. Nam cum equites dupli eſſent ad legionarios, pedites numero pari, viri

ri prudentes Romani non e re ſua eſſe cenſuerunt, omnes coire in unum; ne fortaſſe viribus confiſi, res aliquando novare auderent. Pars fuerunt Extraordinarii, pars Alares. Vox Extraordinariorum notat Electos & excerptos, qui opponuntur Ordinariis, qui ſunt in vulgo. Ex equitibus ſumunt in Extraordinarios tertiam partem. Horum equitum mentio fit in Livio L. XL. *C. Scribonium Præfectum ſociûm ad vallum hoſtium cum equitibus Extraordinariis ſiniſtræ alæ mittit.* Fuere etiam Pedites extraordinarii, ut Polybius clare aſſerit, qui fuere pars quinta Peditum.

Romani bellum paraturi imperabant Sociis & pedites & equites. Peditum numerus erat par legionibus Romanis; Equitum numerum duplum miſerant ſocii. Exempli gr. cum Legio Romana complevit 4200. totidem etiam Sociorum pedites ſe jungebant: Cum in una Legione 300. Equites militarunt, Socii 600. miſerant equites. Hos & equites & pedites dividebant in duas partes, quarum altera fuerunt Alares, ſive Ordinarii; altera Extraordinarii. Diviſo igitur peditum numero 4200. per 5. prodit quinta pars 840. pro Extraordinariis peditibus. Diviſo equitum numero 600. per 3. prodibit tertia pars 200. pro Extraordinariis equitibus. Porro ſi extraordinarii pedites ſubducuntur a toto peditum numero 4200. reſtant 3360. qui conſtituunt Alam ſive Cornu pedeſtre, quæ dicuntur Copiæ Alares. Divide 3360. in decem Cohortes, prodibit pro una Cohorte numerus 336. Pari modo ſubtrahe a toto equitum numero 600. Extraordinarios 200. reſtant 400. qui conſtituunt Alam equeſtrem. Quam ſi itidem dividis in 10. partes ſive Turmas, una habet 40. Equites. Rem omnem ordine ſiſtamus:

Una Legio Romana habuit	4200.
Sociorum peditum par numerus	4200.
$\frac{1}{5}$. ſunt Extraordinarii	840.

qui-

quibus ſubtractis, reſtant pro Ala	3360.
Ala habet Cohortes	10.
1. Cohors habet	336.

Porro.

Uni Legioni Rom. additi ſunt Equites cives	300.
Sociorum numerus fuit duplus	600.
$\frac{1}{3}$. ſunt Extraordinarii	200.
quibus ſubtractis, reſtant pro Ala equ.	400.
Ala equeſtris habet turmas	10.
1. turma	40.

Ex utroque Extraordinariorum genere Polybius, infra in caſtrorum poſitu, detrahit Ablectos, atque ait, certam manum ſecerni ex illis ſolitam, qui ſemper juxta Conſulem, in via, in caſtris, in pugna, velut ſatellites quidam aut cuſtodes. Numerum expreſſit nusquam; ſed Lipſius opinatur, e ducentis equitibus (tot erant Extraordinarii) quadraginta detrahendos eſſe in unam Turmam Ablectorum; & a trecentis triginta ſex peditibus (tot Extraordinarios continuit Cohors) centum ſexaginta octo ſubtrahendos eſſe in dimidiatam cohortem ablectorum. Ceterum Alares turmæ ſunt ſociorum equites, Et Alares copiæ ſive milites ſunt auxilia a ſociis miſſa.

Multitudo peditum quidem par.) Pedites, inquit, ſociorum plerumque æquant Legiones; equites excedunt. Livius conſentit L. VIII. Scribebantur quatuor fere legiones, alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur. Et Lib. XXII. Socii duplicem numerum dabant, pedites æquabant. Sed quæritur, cur equitum duplus numerus? quia, opinor, late ſocii per oppida & agros ſparſi, facile equos habere & alere poterant. At Romani, nec cenſu multi nimis equites tunc erant; & in una urbe haud tam commode alebant.

Al-

Alteram dextrum, alteram ſiniſtrum appellant.) Numerum antea dedit ſocialium copiarum, jam dividit eos in duas partes, quas appellat dextrum & ſiniſtrum cornu; ſive ut mavult Lipſius, in dextram & ſiniſtram Alam, qui, cum τὸ *cornu* de legionibus æque ac de ſociis legatur, ſubſtituit *Alam*, vocem ſociali militiæ propriam; ſiquidem *Ala* ab Hiſtoricis non tantum de equitibus, ut vulgus opinatur, ſed & de peditibus dicitur. Sunt ergo *Alares cohortes*, i. e. pedites ſociorum in Alas ſuas diſtributi, ſunt *Alares turmæ*, i. e. equites ſociorum in Alas ſuas diſtributi. Vegetius Lib. II. c. 1, ait: *Alæ dicuntur equitum, quod ad ſimilitudinem alarum ab utraque parte protegunt acies, quæ nunc vexillationes vocantur.* Eſt & aliud vitæ genus equitum, qui Legionarii vocantur, propterea quod connexi ſint Legioni. Ala quidem de Romanis etiam dicitur, ſed apud veteres perraro. Priusquam abeamus a militia ſociorum, quæritur, an ſociorum copiæ etiam in manipulos & ordines ſicut Romanæ, ſint diſtributæ. Pro negativa militant ſequentia: (1.) quia Polybius nusquam meminit manipulorum & ordinum ſociorum, (2.) quia in caſtris metandis cives quidem per manipulos diſtinguit, in ſociis nihil tale, ſed locat ſaltem per decem corpora, veluti cohortes. (3.) quia poſteriore etiam aeuo cohortes auxiliorum legimus, non manipulos, aut Haſtatorum, Principum, Triariorumque diſtinctiones Et cum Polybius decerpit Extraordinarios, florem & robora copiarum ſocialium, qui ſunt reliqui in Triarios?

LEGATI.

Hactenus & Legioni & ſociorum copiis ſuos duces, qui huic aut illi parti præerant, dedimus, jam communes, omnibus copiis præfectos, proferamus, *Le-*

gatos. *Legatus* nomen inde ſortitus eſſe videtur, quod Senatus quosdam e primoribus in caſtra & ad ducem legabat, militiæ gnaros, quorum opera & conſilio uteretur. Pari inſtituto uſi leguntur Græci. Corn. Nepos in Timoth. c. 3. *Fit Meneſtheus prætor. filius Iphicratis, gener Timothei, & ut ad bellum proficiſcatur, decernitur. Huic in conſilium dantur duo uſu & ſapientia præſtantes, quorum conſilio uteretur, Pater & ſocer; quod in his tanta erat auctoritas, ut magna ſpes eſſet, per eos amiſſa poſſe recuperari.* Dionyſius L. XI. ita ſcribit de Legati Romani dignitate: ἔστι δὲ πάντων τιμιώτατόν τε καὶ ἱερώτατον ὁ πρεσβευτὴς παρὰ Ῥωμαίοις, ἐξουσίαν μὲν ἄρχοντος ἔχων καὶ δύναμιν, ἀσυλίαν δὲ καὶ σεβασμὸν ἱερέως: *Eſt autem omnium res honoratiſſima & ſacerrima apud Romanos legatus; vim quidem ac poteſtatem Imperatoris habens, ſanctitudinem vero & venerationem ſacerdotis.* Dionyſius eos appellat πρεσβευτὰς, Polybius interdum πρεσβευτὰς καὶ συμβούλους, Legatos & Conſiliarios & nomini & muneri eorum explicando. Jam olim in Rep. Romana Legati conſtituti ſunt; quos interdum Dictator nominavit, ut ſcribit Livius L. IV. „Dictator Mamercus Æmilius legatos ſe ſequi juſſit Quinitium Capitolinum & Fabium Vibulanum.„ Ut plurimum Conſules, quod docet Salluſtius:

„Calpurnius Conſul, parato exercitu, legat ſibi homines nobiles„; & videntur Conſules etiam Prætoribus Legatos nominaſſe. Polybii verba eò nos ducunt περὶ πρεσβ. CXLI. qui commemorat, tantum fuiſſe belli Hiſpanienſis (de eo enim loquitur) terrorem, ob ferociam gentis & diſcrimina, ὥστε μήτε χιλιάρχους προπορεύεσθαι πρὸς τὴν ἀρχὴν τοὺς ἱκανοὺς, μήτε τοὺς εἰσφερομένους, ὑπὸ τῶν ὑπάτων πρεσβευτὰς ὑπακούειν, οὓς ἔδει πορεύεσθαι μετὰ τοῦ στρατηγοῦ, *ut nec Tribuni ſatis multi prodirent ad magiſtratum capiendum, neque nominati a Conſulibus-Legati obedirent, quos oportebat cum Prætore ire.* Conſules autem eos ita conſtituerunt, ut conſilium conſenſusque accederet Patrum;

Ma-

Magna eorum dignitas, eorumque munus erat, conſulere, adminiſtrare, præeſſe, & uno verbo, vicariam operam imperatori dare. Varrò. *Legati, qui publice lecti* (nota publice, ergo à Patribus) *quorum opera conſiliisque uterentur peregre magiſtratus, quive nuntii Senatus ac populi eſſent.* Eosdem Cicero appellavit *nuntios pacis & belli, curatores, interpretes, bellici auctores conſilii, miniſtros muneris provincialis.* Abſente Imperatore, Legatus ejus vices ſubit, vel Imperii inſignia etiam ſumit. Livius de Pleminio Scipionis Legato Lib. XXIX. dicit: „ Sine reſpectu non majeſtatis modo, ſed etiam humanitatis, in Legatum impetum, lictoribus prius indignum in modum multatis, faciunt. „De Numero eorum parum conſtat; plures paucioresque fuerunt, ut Senatui viſum, & ut bellum aut res poſcebat.

Polybius in Re Caſtrenſi, duos agnoſcit in legionibus binis. Sub Principibus quidem duo genera Legatorum facta, *Conſulares & Prætorii:* Quorum illi toti exercitui præerant, iſti legionibus ſingulis: quod inventum fuit Auguſti. A Dione tota res explicata Oratione Mæcenatis, & alibi, vocatque hos poſteriores: ὑποστρατήγους καὶ ὑπάρχους, Sub-prætores aut Sub-præfectos, quos poſtea Duces Latini dixerunt. Apud Suidam aliquis Scriptor: ἐῤῥύετο τὴν πόλιν ἔνδον ἐξεταζόμενος Φορτουνίων ὑποστράτηγος τῶν ἐπὶ τῆς Μυσίας, οὓς δοῦκας καλοῦσι: Liberavit urbem intus quæſitus Fortunio, Legatus copiarum Myſiæ, quos Duces appellant. Supereſt denique ſupremus omnium ducum

IMPERATOR.

AB hoc cives, ſocii, equites, pedites, tandem omnes & omnia pendent. Ille eſt, qui non *ductum* ſolum, ſed *auſpicia* etiam habet. Diverſa enim iſta, & Suetonius bene de Auguſto; *Domuit autem partim ductu, partim*

P. Scipio quoque ea ſibi vindicat, qui ſine ullo magiſtratu, Proconſul in Hiſpaniam miſſus. Ita enim ap. Livium Lib. XXVIII. ad ſeditioſos milites.„ Qui mihi nec hodie quidem ſcire videmini, quo amentiæ progreſſi ſitis: quid facinoris in me, quid in Deos ſacramenti teſtes, quid adverſus auſpicia, ſub quibus militatis, auſi ſitis.„ Atque adeo auſpicium denotat ſimpliciter imperium. Ut apud Tiberium Lib. III Annal.„ Druſus urbe egreſſus, repetendis auſpiciis, mox ovans introiit, i. e. reſumſit imperium Proconſulare, quod ingreſſu amiſerat. Nec ipſa auſpicia capere extra urbem fas erat. Summus igitur dux fuit, cui auſpicium ſive imperium, ejusque inſignia, lictores cum faſcibus, iique paludati (ita enim ad bellum egredi ſolet) competebant.

Non ſolum Lictores profecti ſunt paludati; ſed & ipſe Dux. Varro Lib. VI. de L. L.„ Paludamenta ſunt ornamenta & inſignia militaria. Ideo ad bellum cum exit Imperator, & lictores mutant veſtem, & ſigna incinuerunt, paludatus dicitur proficiſci; quæ propterea quod conſpiciuntur qui ea habent, ac fiunt palam, paludamenta dicta:„ obſerva ritum, quod tuba ſonante, profectio ſuſcepta ſit. *Paludamentum igitur ſagum* (ein Soldaten Rock/) eſt, quo non ſolum Imperator, ſed etiam gregarii milites ſunt induti. Illud ſagum dicitur etiam chlamys. Plutarchus & Dio χλαμύδα στρατηγικὴν vel στρατιωτικὴν non ſemel vertunt, i.e. *chlamydem imperatoriam vel militarem.*

Formam Chlamydis Strabo indicat, ſcribens, χλαμυδοειδὲς εἶναι σχῆμα τῆς γῆς τῆς οἰκουμένης *chlamydis figuram terram habitatam eſſe*, i. e. ut addit, *extremis longitudinis utrimque anguſtis, latioribus imis*, vide Tab. III. At color in imperatorio paludamento eximius, & quidem ex cocco. Plinius: Coccum imperatoriis dicatum paludamentis. Iſidorus: Paludamentum pallium fuit Impera-

ratorium, cocco, purpura & auro diſtinctum. Ab hoc colore Puniceum ſive Punicum dixere, uti Horat. in Ep.

Terra marique victus hoſtis Punico
lugubre mutavit ſagum.

Plutarchus de Craſſo pugnaturo in Parthos. λέγεται δὲ ἡμέρας ἐκείνης ἐχ ὥσπερ ἔθος ἐςὶ Ῥωμαίων ςρατηγοῖς, ἐν φοινικίδι ἐλθεῖν, ἀλλ᾽ ἐν ἱματίῳ μέλανι. *Dicitur autem eo die, non ut mos eſt Romanorum Imperatoribus, in punicea veſte progreſſus, ſed atra.* Idem de eodem Valerius: „Ducturus erat a Carris adverſus Parthos, ei pullum traditum eſt paludamentum, cum in prælium exeuntibus album aut purpureum dari ſoleat. Atque habent hoc uterque inter triſtia omina.„ Sed quod de Albo etiam eſt in Valerio, novum eſt, ſed verum. Nam etſi puniceo creberrime; tamen & illo interdum. Hirtius de Scipione Imperatore in Africa: „Cum ſagulo purpureo ante adventum regis uti ſolitus eſſet, dicitur Juba cum eo egiſſe, non oportere illum eodem veſtitu uti atque ipſe uteretur. Itaque factum eſt illico, uti Scipio ſeſe ad album veſtitum transferret.„

Imperatores exibant *inter VOTA & IMMOLATIONES*, & tunc hanc veſtem imperatoriam ſumebant. Cicero in Verrem „Cum paludatus exiiſſet, votaque pro imperio ſuo, communisque populi Romani nuncupaſſet.„ Livius Lib. XXII. „Sulpicius ſecundum vota in Capitolio nuncupata, paludatus, cum lictoribus ab urbe profectus.„

Quæ profectio etiam celebris eſſe ſolebat *FREQUENTIA DEDUCENTIUM* proſequentiumque. Idem Livius Lib. XLI. P. Licinius Conſul, votis in Capitolio nuncupatis, paludatus ab urbe eſt profectus. Semper quidem ea res cum magna dignitate & majeſtate geritur, præcipue tamen convertit oculos animosque, cum ad magnum nobilemque aut virtute aut fortuna hoſtem euntem Conſulem proſequuntur. Contrahit enim non officii modo cura; ſed etiam ſtudium ſpectandi, ut videant du-

ducem ſuum, cujus imperio conſilioque ſummam remp, tuendam permiſerunt.

EQVI IMPERATORII.

vid. Tab. IV.

ERant etiam Imperatori Equi ſplendide ornati, qui dicebantur EQVI IMPERATORII. Tacitus Lib. XV. *Turbatus equus, qui conſularia inſignia geſtabat, retro evaſit. Intelligit equum imperatorium.* Plutarchus de Craſſo, item in Parthos: *ἵππος δὲ τῶν στρατηγικῶν ἐπιφανῶς κεκοσμημένος, βίᾳ συνεπισπάσας τὸν ἡνίοχον εἰς τὸ ῥεῖθρον, ὑποβρύχιος ἠφανίσθη.* *Equus unus ex Imperatoriis ſplendide ornatus, per vim abſtracto rectore in ipſum flumen, ſtatim demerſus diſparuit.* Inſignia hæc fuere: Phaleræ & aurum; fortaſſe & coccineum ſtratum. Plutarchus narrat, quod hoſtes diripuerint Pompeji equum *χρυσῷ κεκοσμημένον καὶ φαλάρων ἀνάπλεων*, auro ornatum & phaleris plenum. Hunc talem inter imperii inſignia Dionyſius ponit de L. Quinctio Dictatore ab aratro abſtracto: *ἵππους τε αὐτῷ φαλάροις κεκοσμημένοις εὐπρεπέσι προσῆγον, καὶ πελέκεις ἅμα ταῖς ῥάβδοις, ἐσθῆτάς τε ἁλουργάς, καὶ τὰ ἄλλα παράσημα τῆς ἀρχῆς.* Equos ipſi phaleris decoris ornatos admoverunt, & ſecures cum faſcibus, veſtesque purpuratas; & alia imperii inſignia.

Tantum de delectu tam legionum quam auxiliorum.

Cap. II.

Περὶ καθοπλισμοῦ Ρωμαϊκοῦ.

De Romanorum Armatura.

Polyb. §. 1.

Τοῖς μὲν νεωτάτοις παρήγγειλαν μάχαιραν φορεῖν, καὶ γρόσφους καὶ πάρμην. Ἡ δὲ πάρμη καὶ δύναμιν ἔχει τῇ κατασκευῇ, καὶ μέγεθος ἀρκοῦν πρὸς ἀσφάλειαν. Περιφερὴς γὰρ οὖσα τῷ σχήματι, τρίπεδον ἔχει τὴν διάμετρον. Προσεπικοσμεῖται δὲ καὶ λιτῷ περικεφαλαίῳ· Ποτὲ δὲ καὶ λυκείαν, ἤ τι τῶν τοιούτων ἐπιτίθεται, σκέπης ἅμα καὶ σημείου χάριν, ἵνα τοῖς κατὰ μέρος ἡγεμόσι προσκινδυνεύοντες ἐῤῥωμένως καὶ μὴ διάδηλοι γίνωνται.

Γρό-

Verſio Latina.

Minimis quidem natu præcipiunt, ut gladium ferant, haſtas & parmam. Parma & firmitatem habet a ſtructura, & magnitudinem, quæ ad defenſionem ſufficiat; quippe cui figura rotunda & tripedalis diameter. Inſuper adornatus Velitum quisque vili capitis tegumento, cui lupina interdum aut aliquid ejusmodi imponitur; ſimul tutelæ cauſa & indicii, ut in obeundis fortiter ſeciusve præliis dignoſci ab ordinum queant ductoribus.

Γρόσφοι.) Laſcaris vertit Pila, & γροσφομάχους Pilanos, per quos intelligit Velites; ſed minus recte. Nam Polybius iſtud vetat, qui deſcribit infra pilum, quod commune legionariis telum fuit. Quale telum ὁ γρόσφος fuerit, optime optimi Poëtæ Scholiaſtes Euſthatius Odyſſ. δ verſ. 631. deſcribit, in iſtud - αἰγανέῃσιν ἱέντες, haſtis jacientes: οἱ, inquit, παλαιοί φασιν, ὅτι αἰγανέα γρόσχος, μικρὸν ἀκόντιον. καὶ ζητητέον, μήποτε ἔσφαλται τὸ γρόσχος. γρόσφος γὰρ μάλιστα εὑρηται διὰ τοῦ φ. Εἰ μὴ ἄρα μηχανικὴ λέξις ὁ γρόσχος, ὁ δὲ γρόσφος ἀκόντιον. *Antiqui dicunt, Aiganeam eſſe Groſchum, parvum jaculum. Et quærendum, annon error in iſto Groſchus: crebrius enim reperitur Groſphus per ph. niſi tamen mechanica dictio Grosphus, at Groſchus jaculum.* Etſi de ſcriptura ambigat, tamen plane explicatum pro Polybii, ut & Lipſii & Caſauboni mente, qui γρόσφον verterunt Haſtam & γροσφομάχους Velites.

* τρίπεδον) quod Caſaubonus aſteriscoo notavit; cum Græcis potius τριπόδης, ου, ὁ, tripedalis in uſu ſit.

Commentatio.

Minimis natu) intelligit *Velites*, quibus inſtituendis occaſionem dedit obſidio Capuæ. A. V. DXLII. ſuſcepta. Rem omnem Livius Lib. XXVI. enarrat. „Cum Romani, inquit ille, ab equitatu Romano plerumque vincerentur, ægre generoſis animis fuit, & quod viribus deerat, arte æquaverunt. Ex omnibus legionibus juvenes electi ſunt, maxime vigore & levitate corporum veloces. Eis parmæ breviores quam equeſtres, & ſeptena jacula quaternos longa pedes data, præfixa ferro, quale haſtis velitaribus ineſt. Eos ſingulos in equos ſuos accipientes aſſuefecerunt & vehi poſt ſeſe, & deſilire perniciter, ubi ſignum datum eſſet. Inde equitatu quoque ſuperior Romana acies fuit. Inſtitutum, ut

ut Velites in legionibus eſſent.,, Hic habemus Velitum inſtitutionem, cauſam & armaturam. Quo militiæ genere uſi ſunt etiam alii populi, ut Galli, de quibus Livius Lib. VII. & Lib. XLII. Numidæ, de quibus Hirtius in B. Africo, etiam Germani, fidem Arioviſti ſecuti, de quibus Cæſar L. I. B. G. *Erant equitum millia ſex, totidem numero pedites velociſſimi & fortiſſimi, quos ex omni copia ſinguli ſingulos ſalutis ſuæ cauſa delegerant. Cum his in prœliis verſabantur, ad eos ſe equites recipiebant. Hi, ſi quid erat durius, concurrebant: ſiqui graviore vulnere equo deciderant, circumſiſtebant; ſi quo erat longius prodeundum aut celerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas, ut jubis equorum ſublevati curſum adæquarent.* Velites Cæſaris ævo deſiiſſe, & eorum locum ſubiiſſe juniores quidam Anteſignani videntur. Occurrunt equidem jam diu poſt Cæſarem Velitares, & Velitare auxilium. Verum non ipſi Velites, ſed vox tantum in uſu quorundam manſit, qui tamen eo verbo niſi levem militem ſignant, a Velitibus Polybianis longe diverſum. Romani enim, promoto jam imperio, ſociis in civitatem receptis, provinciis ſubjectis, Velites e ſuis ſcribere omiſerunt. Eorum loco uſi funditoribus, ſagittariis, jaculatoribus, quos Baleares, Cretenſes, Numidæ, & id genus nationes ſubminiſtrarunt; qui tamen inermes fuere plurimum, ut illi priſci. Suidas hoc reſpectu recte ſcripſit: Οἱ Ῥωμαίων ψιλοὶ ἐφαπτίδας εἶχον, καὶ ζώσματα πρὸ τῶν μηρῶν Romanorum leves milites Sagula habebant, & cingula ſuper femora. Talem Funditorem oſtendit Tab. V. qui ſagulo aut chlamydula reducta, lapides ſinu præfert: alium etiam diligentius ornatum eadem Tab., cui galea, ſcutum lunatum & ocreæ. Raros fuiſſe talos credo; etſi tamen in Suida etiam ſcriptor aliquis. Οἱ Ῥωμαίων ψιλοί, ἕκαστος αὐτῶν εἶχον ἐφαπτίδας, καὶ κνημῖδα τε καὶ λογχάριον, καὶ ἀκόντιον διόλου σιδήρου πεποιημένον: Romanorum leves ſagula habebant quisque, & ocream (numero ſingulari) lanceam, & jaculum totum

ferr-

e ferro. Sed Lipſius putat, id aut inferiore alio ævo fuiſſe, aut in facinore aliquo & expeditione ſemel ſic uſurpatum.

Ut gladium ferant) jam Velitibus adſignantur arma, inter alia Gladius & quidem Hiſpanienſis, quod Livius indicat Lib. XXXVIII. Hic miles (Velitem deſcribit) parmam tripedalem habet, & in dextra haſtas, quibus eminus utitur, Gladio Hiſpanienſi eſt cinctus. Quod ſi pede collato pugnandum eſt, translatis in lævam haſtis, ſtringit gladium.

Haſtas) bene numero plurali. Septem enim ſinguli habebant, quæ haſtæ erant Velitum propriæ. Livius Lib. XXXI. Velites, emiſſis haſtis, cominus rem gerebant. Hinc aliis denotat jaculator Velitem. Vegetius Lib. I. cap. 15. „Claudius pluribus jaculatoribus inſtitutis atque perdoctis, hoſtem, cui prius impar fuerat, ſuperavit.„ Intelligit Appium Claudium Conſulem, qui tunc ad Capuam imperabat, cum Velites inventi. Et primum ſane præcipuumque eorum munus fuit, jaculari. Illæ haſtæ quia minores, & ſuam peculiarem formam ab aliis diverſam habebant, Haſtæ velitares dicebantur. Liv. Lib. XXXVIII. *Conſul ingentem vim pilorum, & velitarium haſtarum, ſagittarum, glandis paraverat.*

Parmam,) Parmas quibus Velites ſunt uſi, ſine dubio e ligno confecerant, quibus corium erat obductum: quales ceterorum militum etiam parmæ fuerant. Polybius firmitatem tribuit Romanæ parmæ, quam non habuiſſet e corio mero. Carthaginienſibus autem ſcuta coriacea erant; tradente Suida: πάρμαι, δερματινοὶ θυρεοὶ παρὰ Καρχηδονίοις: Parmæ, coriacea ſcuta apud Carthaginenſes.

Tripedalis diameter.) Græce διάμετρον, Latini dimetientem dicunt, quo nomine venit linea recta, ab extremitate una circuli ad alteram per centrum. Tripedalis eſt

eſt Diameter Parmæ Velitis, ergo ambitus ſive Area ex præceptis Geometriæ determinata ſatis grandis eſſe videtur; cum tamen Latini parmam appellent brevem aut parmulam. Nonius: *Parma breve ſcutum.* Frontinus de ipſis noſtris Velitibus, *Parmulis non amplius ornati.* Sed comparatione ſcutorum, quibus ceteri legionarii milites uſi ſunt, breviores dicuntur parmæ. Scutum enim in graviore armatura uſitatum, quatuor pedes habet in longitudine; ergo ſcutum longitudine vincit parmam; & hoc reſpectu dicitur brevior ſive minor. Videtur tamen etiam parmæ diameter tantum in longitudine tripedalis fuiſſe, non in latitudine.

Vili capitis tegumento) ſignificat, ex ære aut ferro nihil fuiſſe, duntaxat e pelle aut lana aliquid, & Galerum aut Galeam. Nam ſic diſcernit hanc a Caſſide Iſidorus, quod Caſſis de lamina eſt, galea de corio. Galea deſcendit ἀπό τῆς γαλέης, a fele aut muſtela. Etſi Varro originem maluerit petere a galero. Sane priſci tegmina fere petebant a feris. Unde in Homero, aliisque ἰκτιδέη, κυνέη, ταυρείη αἰγέιη, *muſtelina*, *canina*, *taurina*, *caprina.* Legitur & in Suida: ἀλωπεκέα, ἡ περικεφαλαία: *Vulpina*, *ipſa galea.* Sic igitur dictæ, quia iis conficiendis talia animalia pelles ſuas ſuppeditarunt. Virgil, VII, Æn. de Aventino Italo:

> *Ipſe pedes tegmen torquens immane leonis,*
> *Terribili impexum ſeta, cum dentibus albis*
> *Indutus* capiti, *ſic regia tecta ſubibat.*

Signiferi Romani olim leonina erant induti, quæ caput, humeros, dorſum tegebat, & pedes cauda flagellabat. Etiam in Tacito Germanicus contectus humeros ferina pelle, adit caſtrorum vias. Velitibus tamen noſtris galea tantum erat e tali tegmine & ſæpe lupina, quod aper-

aperte Polybius hic indicat. Has galeas appellat Virgilius galeros, Lib, VII. Æn,

> — — — *pars ſpicula geſtat*
> *bina manu, fulvosque lupi de pelle galeros*
> *tegmen habet capiti.*

Frontinus autem galericulos. Silius cudones. Galeis etiam Græci & finitimi uſi ſunt. Cornelius facit mentionem galeæ venatoriæ in Datame:,. :ipſe agreſti duplicique amiculo circumdatus, hirtaque tunica, gerens in capite galeam venatoriam, dextra manu clavam.

Polyb. §. 2.

ΤΟ δὲ τῶν γρόσφων βέλος ἔχει τῷ μὲν μήκει τὸ ξύλον, ὡς ἐπίπαν δίπηχυ, τῷ δὲ πάχει δακτυλιαῖον· Τὸ δὲ κέντρον σπιθαμιαῖον, κατὰ τοσοῦτον ἐπὶ λεπτὸν ἐξεληλασμένον καὶ συνωξυσμένον, ὥστε κατ᾽ ἀνάγκην εὐθέως ἀπὸ τῆς πρώτης ἐμβολῆς κάμπτεσθαι, καὶ μὴ δύνασθαι τοὺς πολεμίους ἀντιβάλλειν· Ει δὲ μὴ, κοινὸν γίνεται τὸ βέλος.

Verſio Latin.

TElum vero, quod Grosphos vocamus, habet haſtile, duos ut plurimum cubitos longum; craſſum autem digitum unum. Spiculum illi unius ſpithamæ, eo tenuitatis atque acuminis perductum, ut neceſſario ſtatim a primo jactu reflectatur, neque remitti poſſit ab hoſtibus. Alioquin commune eſt hoc telum.

Com-

Commentatio.

Haſtile duos ut plurimum cubitos longum) in Livio legitur: Septena jacula quaternos longa pedes data; & in Frontino: ſeptenis ſingulos haſtis quaternorum circiter pedum armavit: id ad totum telum referendum eſt, una cum ferri modo, qui fuit dodrantalis, i. e. haud longe a pede. Ergo haſtile adæquavit tres pedes.

Craſſum digitum unum) tenue lignum, & ut hodiernæ ſagittæ. Hinc nullo negotio quisque ſeptem haſtas velitares ferre potuit. Id quod ex Livii & Frontini verbis patet: ſeptena igitur illa implebant manum.

Spiculum unius ſpithamæ.) Ita Græcis dicitur, qui Latinis eſt palmus major, ſive dodrans.

Statim a primo jactu.) Livius Lib. XXIV. Sagittarii, funditoresque & Velites etiam, quorum inhabile telum ad remittendum imperitis eſt. Hæc arma ſunt Velitum, a quibus Peltaſtæ ſive Cetrati Græcorum haud longe abierunt, quos Ælianus ita deſcribit: Οἱ πελταςαὶ μέσως κέχρηνται σκευῇ. Ἡ γὰρ πέλτη μικρά τις ἐςιν ἀσπιδίσκη, καὶ κύφη, καὶ τὰ δόρατα πολὺ τῶν ὁπλιτῶν λειπόμενα. Peltaſtæ media utebantur armatura. Nam pelta parvus quidam clypeolus eſt, & levis, & haſta eorum longe infra modum Gravium.

Polyb. §. 3.	Verſio Latina.
ΤΟῖς γεμὴν δευτέροις μὲν κατὰ τὴν ἡλικίαν, Ἀςάτοις δὲ προσαγορευομένοις, παρ	ÆTate proximis, quos vocant Haſtatos, præcipiunt ut omnia

παρήγγειλαν φέρειν πανοπλίαν. Ἔστι δὲ Ῥωμαϊκὴ πανοπλία πρῶτον μὲν θυρεὸς, οὗ τὸ μὲν πλάτος ἐστὶ τῆς κυρτῆς ἐπιφανείας πένθ' ἡμιποδίων. τὸ δὲ μῆκος, ποδῶν τεττάρων· Ὁ δὲ μείζων, ἔτι καὶ παλαιστιαῖος. ἐκ διπλοῦ σανιδώματος, ταυροκόλλῃ πεπηγὼς ὀθονίῳ, μετὰ δὲ ταῦτα μοσχίῳ δέρματι περιείληπται τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν· Ἔχει δὲ περὶ τὴν ἴλην ἐκ τῶν ἄνωθεν καὶ κάτωθεν μερῶν, σιδηροῦν σιάλωμα, δι' οὗ τάς τε καταφορὰς τῶν μαχαιρῶν ἀσφαλίζεται, καὶ τὰς πρὸς τὴν γῆν ἐξερείσεις. προσήρμοσται δ' αὐτῷ καὶ σιδηρᾶ κόγχος, ὃ τὰς ὁλοσχερεῖς ἀποστέγει πληγὰς λίθων καὶ σαρίσσων, καὶ καθόλου βιαίων βελῶν·

omnia arma domo afferant. Ea ſunt apud Romanos Scutum primo, cujus latitudo in ſuperficie gibba eſt duorum pedum cum ſemis; longitudo pedum quatuor: aut ſi ſit majus, ad hanc menſuram accedit palmus. E duplici tabulato, glutine taurino cum linteo eſt compactum. Deinde vitulino corio circum tegitur quoad exteriorem ſuperficiem. In ambitu circa ſuperam inferamque partem ferrea prætexitur lamina, qua contra ictus enſium munitur, & ne humo incumbens corrumpatur. Adaptatur etiam illi ferreus umbo, qui vehementiores ictus avertit lapidum, ſariſſarum & violentorum omnium telorum.

Com-

Commentatio.


PRæcedente §. 2. commemoravit arma LEVIS ARMATURÆ, quæ ſunt *Gladius Hiſpanienſis*, *Haſta Velitaris*, *Parma & Galea ex pelle aut lana confecta*. Sequuntur jam arma GRAVIS ARMATURÆ.


Scutum) hoc derivatur παρὰ τοῦ σκύτους, a loro, e quo factum; non a ſecando, ut Varro, aut ab excutiendo, ut Iſidorus vult. Scutum differt a Clypeo quoad formam: quæ enim rotunda & in orbem juſtum relata, clypeos dixere; quæ in longum exibant, Scuta. Virgilius Lib. II. Æn.

— — *clypeique ſub orbe tegitur.*

Idem: *Argolici clypei aut Phœbææ lampadis inſtar.*

Clypei ergo erant tereti ambitu, quales Argolici. De Scutis autem legitur: Scuta longa. Hoc diſcrimen notant etiam Græci. Homerus Ἀσπίδας εὐκύκλους, i. e. Clypeos rotundos dixit: at θυρεοὺς Polybius ſemper Scuta noſtra.





SCVTVM OVALE SCVT IMBRICATVM.

Scuta Originem ſuam apud Romanos referunt ad ipſum Romulum, ſi fides habenda Plutarcho. Θυρεοῖς τῶν Σαβίνων ὁ Ρωμύλος ἐχρήσατο, καὶ μετέβαλε τὸν ὁπλισμὸν ἑαυτοῦ τε καὶ Ρωμαίων πρότερον ἀσπίδας Ἀργολικὰς φορούντων. *Scutis Sabinorum Romulus eſt uſus, & mutavit ſua ac Romanorum aliorum arma antea clypeos Argolicos ferentium.* Alii Originem ſcutorum a Samnitibus, iterum alii a Liguribus derivare malunt. Sed prima ſententia præferenda; ſiquidem jam diu ante Samnitas bello notos in uſu apud Romanos fuere; & quod ad Ligures attinet, Scutum Liguſtinum diſſidebat a Romano, id quod docet Diodorus Lib. VI. Ὁπλισμὸν ἔχουσιν οἱ Λίγυες ἐλαφρότερον τῶν Ρωμαίων τῇ κατασκευῇ· Σκεπάζει γὰρ αὐτοὺς παραμήκης θυρεὸς εἰς τὸν γαλατικὸν ῥυθμὸν, δεδημιουργημένος, καὶ χιτὼν συνειλημμένος ζωστῆρι. καὶ περιτίθενται θηρίων δορὰς καὶ ξίφος σύμμετρον. Armaturam habent Ligures leviorem Romana. Tegit enim eos ſcutum longum, ad Gallicum modulum factum, & tunica cingulo adſtricta. Circumponunt pelles etiam ferarum & modicum gladium.

Cujus latitudo eſt duorum pedum cum ſemis.) Cujus fuit ſcutum: *alterum formæ ovalis*, quod patebat magisque producebatur circa umbilicum, extremis anguſtioribus, cujus media pars ſine dubio hic menſurata indicatur: alterum genus erat *imbricatum*, & undique æquali latitudine, & januæ habebat formam, ſed incurvæ; ſectum canalem aut imbricem referebat. Dio Caſſius Lib. XLIX. utrumque genus copulat: τοὺς τὰς πλατείας. ἀσπίδας (confundit vocem, debuiſſet dicere θυρεοὺς) ἔχοντας: eos qui lata ſcuta habebant, τοὺς ἀσπίσι ταῖς κοίλαις ταῖς σωληνοειδέσι χρωμένους: eos qui ſcutis cavis in modum canalium factis utebantur. Imbricata ſcuta graviora & longiora, quibus honeſtiores milites utebantur. vid. Fig. p. præced. utriusque formæ.

Longitudo pedum quatuor.) Scuta igitur oblonga magis,

gis, quam lata fuerunt Ióſephus ideo appellat Romanorum iſtos *θυρεὰς ἐπιμήκεις* ſcuta longa: & Plutarchus, *ποδήρεις* ad pedes dimiſſos. Nam revera totum hominem tegebant, leviter ſe inclinantem. Argumentum, quod Livius Lib. LXIV. ſcribit, milites in vigiliis ſtantes, capite ſuper marginem ſcuti poſito, dormiiſſe. Germanorum & Gallorum ſcuta etiam grandia erant. Hinc Tacitus: immenſa ſcuta, enormes haſtæ; ſed de longitudine id maxime capiendum, ut de Gallis Diodorus: *θυρεοῖς χρῶνται ἀνδρομήκεσι, πεποικιλμένοις ἰδιοτρόπως.* Scutis utuntur ad hominis longitudinem, pro cujusque ingenio pictis.

Si ſit majus &c.) hoc eſt illud incurvum, de quo diximus. Hæc imbricata ſcuta ſine dubio Triarii & digniores Principum geſtarunt.

E duplici tabulato) e pluribus minutisque tabellis corpus hoc junctum. Et ſcutis faciendis arbores potiſſimum illæ ſumebantur, quarum ligna levia, flexibilia & minus ponderoſa reperiebantur. Plinius eas deſignat L. XVI. cap. 40. *Frigidiſſima quæcunque aquatica; lentiſſima autem, & ideo ſcutis faciendis aptiſſima, quorum plaga ſe contrahit protinus, clauditque ſuum vulnus, & ob id contumacius tranſmittunt ferrum. In quo genere ſunt ficus, ſalix, tilia, betula, ſambucus, populus utraque. Leviſſimæ autem ex his ficus & ſalix, ideoque utiliſſimæ.* Ejusmodi ſcutis, quæ ipſis Gerræ ſunt dictæ, Perſæ utebantur. Feſtus: Γέῤῥαι, ἀσπίδες περσικαὶ ἐκ λύγων, καὶ ἰτεΐνοι: Gerræ, ſcuta Perſica, ex viminibus & ſaligna. Itidem Germani. Tacitus Lib. II. Annal. Nec ſcuta quidem ferro nervove firmata; ſed viminum textus, vel tenues & fucatas colore tabulas eſſe. Galli quoque. Jul. Cæſ. Scutis ex cortice factis aut viminibus textis, quæ ſubito, ut temporis exiguitas poſtulabat, induxerant pellibus.

Glau-

Glutine taurino) quod & linteum tabellis junxit & tabellas ipſas inter ſe. Denique & corium firmavit. Videntur & nervo aut ferro vinxiſſe.

Vitulino corio.) Corii hujus inducti apud Græcos Latinosque mentio, & creberrime apud Poëtas. Hegeſippus de Judæis, qui in urbe ſacra a Veſpaſiano obſeſſi; &, cum alia famis ſolatia non reperirent, detrahebant coria ſcutis, ut cibo eſſent ſibi, quæ præſidio non eſſent. Livius Lib. XXIII. de obſeſſis Caſilini ab Annibale: Poſtremo, ad id ventum inopiæ eſt, ut lora detractasque ſcutis pelles, ubi fervida molliiſſent aqua, mandere conarentur.

Ferrea prætexitur lamina) σιδηρῶν σιάλωμα, quæ vox labrum & extremitatem talem notat: proprie tamen ſputi inſtar tenuem bracteam aut lamellam. Martialis: Hoc linitur ſputo Jani Carypta Kalendis. Hic ergo ferreus margo firmavit ſcutum, & cavebat, ne illud facile putreſceret.

Ferreus umbo) Umbo erat e vario metallo. Polybius innuit, fuiſſe ferreum. Poëtæ aureum etiam faciunt. Virgilius Lib. X. Æneid.

— *vaſtos umbo vomit aureus ignes*


Ditiores in ambitu argentum & aurum in umbone geſtarunt. Umbo autem deſignat mediam illam ſcuti partem, quæ protuberat & exeritur cum rotundo tumore. Ideo Umbo, quod Græcis eſt ἄμβων. Umbo Statio Poëtæ, obſervante Scaligero, denotat montes & eminentias; & Latini poſitum veſtis, qui ad pectus exibat in tumorem, ſic dixerunt.

Ictus avertit lapidum) alter uſus, quod avertat etiam hoſtes. Nam in conflictu & pugna cominus utebantur

eo ad repellendos hoſtes. Curtius: Totam aciem pavore ſuo fluctuantem Umbonibus poſſe propelli. Tacente Polybio, nonnihil addere libet de Ornatu & pictura

SCVTORVM.

SOlebant Græci, Romani, Barbari varias formas aut colores ſcutis addere; ſive ad inſigne, ut cognobiles eſſent, ſive ad decorem. Vetus ſane ritus, & quem heroicis quoque temporibus videmus jam obtinuiſſe. Plutarchus Ulyſſem ait delphina in ſcuto habuiſſe. Lycurgus tridentem adſignat Palamedi. Herodotus Originem rei ad Cares refert Lib. I. Κᾶρές εἰσι inquit, οἱ καταδείξαντες ἐπὶ τὰς ἀσπίδας τὰ σημεῖα ποιέεσθαι: *Cares ſunt, qui oſtenderunt ſigna ſcutis imponere.* Strabo idem habet Lib. XIV. & ἐπίσημα ipſe appellat, inſignia ſeu notas; Poëtæ ſcutis & clypeis Deos, homines, animalia, & pene quidquid in rerum natura, intexunt. Romani ſcuta ſua etiam imaginibus ornarunt; præcipue in eorum ſcutis crebro cernitur fulmen, ſcutis, inquam, colore rutilo & flammante diſtinctis. vide Fig.



Virgilius L. VII, Æneid.

Pulcher Aventinus, clypeoque inſigne paternum,

Cen-

*Centum angues, cinctamque gerit ſerpentibus hy-
dram.*

Idem L. VII.

*At levem clypeum ſublatis carnibus Io
Auro inſignibat, jam ſetis obſita, jam bos:
Argumentum ingens, & cuſtos Virginis Argus,
Cælataque omnem fundens pater Inachus urna.*

Juvenalis etiam olim agnoſcit imagines:

Pendenteſque Deos perituro oſtenderet hoſti.

Romulum & Remum intelligit de lupa pendentes. In ſcutis etiam majorum facta exprimebant, aut imagines eorum exhibebant. Imo & proprias laudes & facta cælabant. Quin etiam in columna Trajani ſcuta quædam cerni dicunt, coronis variis ornata, quas quidem donaticas fuiſſe arbitrantur. Conſpicitur alibi duplex Aquila, concorporata, ſicut in imperii inſignibus hodie ſolet. Quod indicat, poſſeſſorem e legione gemella fuiſſe, quoniam duæ Aquilæ velut in unam ſic mixtæ. Hæc inſignia aliis etiam gentibus olim & hodie ſunt nota; vid. Fig.



Polyb. §. 4.

ἍΜα δὲ τῷ θυρεῷ μάχαιρα· Ταύτην δὲ περὶ τὸν δεξιὸν φέρει μηρόν. καλοῦσι δ᾽ αὐτὴν Ἰβηρικήν. ἔχει δ᾽ αὕτη κέντημα διάφορον, καὶ καταφορὰν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν βίαιον, διὰ τὸ τὸν ὀβελίσκον αὐτῆς ἰσχυρὸν καὶ μόνιμον εἶναι,

Verſio Latina.

SImul cum Scuto eſt Gladius, quem ad dextrum latus geſtat. Hiſpanienſem ipſi vocant. Habet autem mucronem eximium, (i. e. ad punctim lædendum excellentem,) & ad cæſim ex utraque parte feriendum vehementem. Conſtat enim lamina valida & firma.

Commentatio.

GLadius) Gladius inquit, ergo non plures, licet poſtea fuerit. Etenim ſequenti ævo minorem etiam alium ferebant. Quam Pugionem Latina voce dixit Tacitus. Cujus verba Lib. XI. Annal. Ferunt militem, quia vallum non accinctus, atque alium, quia pugione tantum accinctus foderet, morte punitos. Hunc minorem gladium ad ſiniſtram latum videmus in imaginibus quibusdam. Sed en! militem e columna Antonini, utrinque ſic cinctum vid. Fig. Hunc gladiolum Græci παραμήριον aut Parazonium vocant, quia ad femur ſcilicet aut Zonam penderet.

Ad dextrum latus) ad dextrum geſtare gladios, hoc abhorret a noſtris moribus, & videtur obſtare, quo minus miles gladium commode ſtringere & promte d

mi-

micare poſſit. Ad hæc Joſephus Lib. 3. Excid. de ipſis Romanis: Οἱ μὲν πεζοὶ, inquit, μαχαιροφορῦσιν ἀμφοτέρωθεν. μακρότερον δὲ αὐτῶν τὸ λαιὸν ξίφος πολλῷ· Τὸ γὰρ κατὰ δεξιὸν σπιθαμῆς ὀ πλέον ἔχει μῆκος: *Pedites utrimque gladium geſtant; longiorem quidem illum ad ſiniſtrum latus. Nam qui ad dextrum eſt, palmi ſive duodecim digitorum menſum non excedit.* Hic longiorem, i, e, Hiſpanienſem ad lævum ponit. Verum omnino variavit ea res: & Romani gladios applicabant modo dextræ modo ſiniſtræ. Galli, ut Strabo & Diodorus tradunt, etiam dextros geſtarunt. Cur igitur hunc morem miramur in Romanis. Quod ad eductionem attinet, ea Romanis, qui læva circumtulere ſcutum, minus incommoda fuit; ſiquidem gladii non longi nimis fuerunt, & ab humero, non a medio cingulo pendebant. Deinde frequens ſcuti motio utique impedita fuiſſet, ſi gladium in ſiniſtram tranſtuliſſent.

Hiſpanienſem ipſi vocant) Tempore Polybii Romani nondum victricia ſua arma intulere in Hiſpaniam. Unde igitur uſus gladii Hiſpanici? Videtur ille cum Hannibale, qui bellum Punicum II. adminiſtravit, & in Italiam penetravit ex Hiſpania, illatus: nimirum cum Romani vires & conſtantiam militiæ Hiſpanicæ experti eſſent, ſumſere hunc enſem. Incertus Scriptor apud Suidam. Οἱ δὲ Κελτίβηρες τῇ κατασκευῇ τῶν μαχαιρῶν πολὺ διαφέρουσι τῶν ἄλλων· καὶ γὰρ κέντημα πρακτικὸν καὶ καταφορὰν ἔχουσι δυναμένην, ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν· ἢ καὶ Ρωμαῖοι τὰς πατρίους ἀποθέμενοι μαχαίρας, ἐκ τῶν κατ᾽ Ἀννίβαν μετέλαβον τὰς τῶν Ἰβήρων· Καὶ τὴν μὲν κατασκευὴν μετέλαβον, αὐτὴν δὲ τὴν χρηστότητα τοῦ σιδήρου καὶ τὴν ἄλλην ἐπιμέλειαν οὐδαμῶς δύνανται μιμεῖσθαι· Celtiberi paratura gladiorum longe aliis antecellunt. Nam & Mucronem validum habent, & ictum potentem ex utraque parte. Quare & Romani uſitatos & patrios gladios deponentes, a temporibus Annibalis iſtos Hiſpanorum adſumſerunt. Et formam quidem adſumſerunt, ipſam vero bonita-

tem ferri & aliam accurationem nequaquam imitari potuerunt. Die Spaniſchen Klingen werden noch heutiges Tages gerühmet.

Habet mucronem eximium.) Quo Romani olim maxime uſi, & Hiſpani hodie, etſi gladii eorum alia a priſcis forma. Polybius; Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι οὐκ ἐκ καταφορᾶς, ἀλλ' ἐκ διαλήψεως ὀρθαῖς χρώμενοι ταῖς μαχαίραις, πρακτικοῦ τοῦ κεντήματος περὶ αὐτὰς ὑπάρχοντος, τύπτοντες εἰς τὰ στέρνα καὶ τὰ πρόσωπα διέφθειραν τοὺς πλείστους: *At Romani non cæſim, ſed punctim rectis gladiis utentes, mucrone ad hanc rem efficaci, ferientes in pectora & facies, pleroſque interfecerunt.* Utilitatem hujus rei oſtendit Vegetius Lib. I. c. 12. *Non cæſim, inquit, ſed punctim tirones ferire diſcebant. Nam cæſim pugnantes non ſolum facile vicere, ſed etiam deriſere Romani. Cæſa enim quovis impetu veniat, non frequenter interficit, cum & armis vitalia defendantur & oſſibus: at contra puncta duas uncias adacta mortalis eſt. Deinde dum cæſa infertur, brachium dextrum latusque nudatur; puncta autem tecto corpore infertur, & adverſarium ſauciat, antequam videat.*

Ad feriendum ex utraque parte) hinc facile formam faciemque Romani gladii colligimus; qui refert formam ejus quo equites noſtri utuntur. Gladius igitur, cujus Polybius hic meminit, non erat acie ſimplici, ſed anceps, brevitate habilis & ſuperne leviter pandus, ad orientalem autTurcicam formam quam proxime accedens: Livius teſtatur, ſe tales e terra erutos vidiſſe, qui duos pedes in lamina non explebant, ſed craſſiuſculos & firmos: vide militem in Fig. effictum. Vis Hiſpanici gladii a Diodoro Lib. VI. prædicatur. οὔτε θυρεὸς, οὔτε κράνος, οὔτε ὀστοῦν ὑπομένει τὴν πληγήν: neque *ſcutum, neque galea, neque os ſuſtinet ictum.* Plutarchus in Æmil. Μάχαιραι ἐκείνων ὑπὸ βάρους καὶ καταφορᾶς διὰ παντὸς ὅπλου χωροῦσι ἐπὶ τὰ σώματα: gladii illorum (Romanorum) gravi-

vitate & ictu per omnia arma ad corpora pervadentes.

Græci fortaſſe hoc genus copidas vocarunt.) Aut illæ copidæ alio potius & inverſo flexu fuerunt. Ita enim Curtius Lib. VIII. eas deſcribere videtur, & cum falcibus comparat. Copidas vocabant gladios leviter curvatos, falcibus ſimiles, quibus appetebant belluarum manus. Claudianus eos intellexit de laudibus Stiliconis Lib. I.

— — *non falce Gelonus,*
non arcu pepulere Getæ.

ii enim populi & finitimi talibus uſi. Statius Poëta II. Achill.

— — *quo turbine ceſtum*
Sauromates, falcem Getes.

hanc formam Getis tribuit, i. e. Dacis: & in columna Trajani non aliis gladiis iſti pugnant vide Fig.



Polyb. §. 5.

Πρὸς δὲ τούτοις ὑσσοὶ δύο, καὶ περικεφαλάια χαλκῆ καὶ προκνημίς. Τῶν δὲ ὑσσῶν εἰσιν οἱ μὲν παχεῖς, οἱ δὲ λεπτοί. Τῶν δὲ στερεωτέρων, οἱ μὲν στρογγύλοι παλαιστιαίαν ἔχουσι τὴν διάμετρον, οἱ δὲ τετράγωνοι, τὴν πλευράν· Οἵ γε μὴν λεπτοὶ σιβυνίοις ἐοίκασι συμμέτροις, οὓς φοροῦσι μετὰ τῶν προειρημένων· Ἁπάντων δὲ τούτων τοῦ ξύλου τὸ μῆκός ἐστιν, ὡς τρεῖς πήχεις. Προσήρμοσται δ᾽ ἑκάστοις βέλος σιδηροῦν, ἀγκιστρωτὸν, ἴσον ἔχον τὸ μῆκος τοῖς ξύλοις, οὗ τὴν ἔνδεσιν καὶ τὴν χρείαν οὕτως ἀσφαλίζονται βεβαίως, ἕως μέσων τῶν ξύλων ἐνδέοντες, καὶ πυκναῖς ταῖς λαβίσι καταπερονῶντες, ὥστε μὴ πρότερον τὸν δεσμὸν, ἐν ταῖς χρείαις ἀναχα-

Verſio Latina.

PRæter hæc Pila duo & Galea ærea & Ocrea. Pilorum autem alia ſunt craſſa, alia tenuia. E ſolidioribus, iterum alia rotunda, quæ palmarem habent diametrum; alia quadrangula, quæ latus. Tenuia ſibynis mediocribus ſunt ſimilia, quæ geſtant una cum prædictis, Illorum omnium haſtile tria fere cubita longum eſt. Aptatur ſingulis telum ferreum, hamatum, longitudinem habens parem ipſi haſtili, cujus nexum uſionemque adeo firmant valide, ad media usque ligna religantes, & crebris fibulis configentes, ut nexus inter utendum non prius

χαλασθῆναι, ἢ τὸν σίδηρον θραύεσθαι, καίπερ ὄντα τὸ πάχος ἐν τῷ πυθμένι, καὶ τῇ πρὸς τὸ ξύλον συναφῇ τριῶν ἡμιδακτυλίων. Ἐπὶ τοσοῦτον καὶ τοσαύτην πρόνοιαν ποιοῦνται τῆς ἐνδέσεως.

us ſolvatur, quam ipſum ferrum frangatur; licet craſſitiem habeat in parte inferiori & qua ligno committitur, unius digiti cum dimidio. In tantum, & tam provide curant hanc connexionem.

Commentatio.

PReter hæc Pila.) Laſcaris τοὺς ὑσσοὺς interpretatur veruta. Verutum erat telum breve teretem habens mucronem, ita dictum a Veru ſimilitudine, quo nonnullos Auſoniæ populos fuiſſe armatos, Virgilius adſerit. Lib. II. Georg.

Adſuetumque malo Ligurem, Volſcosque verutos.

Id. Lib. VII. Æneid. *Et tereti pugnat mucrone veruque Sabello.*

Lipſius autem, & eum ſecutus Caſaubonus vertit Pila, quo ſignificatu a Plutarcho, Dionyſio & Appiano uſurpatur ὑσσὸς. Et Pilum erat legionarii militis proprium miſſile. Inde Silius Lib. VIII. de Latinis hæc ſcribit:

Non illis ſolitum criſpare haſtilia campo,
Nec mos pennigeris pharetram impleviſſe ſagittis.
Pila volant, brevibusque habiles mucronibus enſes,
Æra caput tecti ſurgunt ſuper agmina criſtis.

La-

Latini, ait, non haſtas ſpargunt, non ſagittas ſed pila iis telum & breves Hiſpanici gladii, tum galea & criſtæ. Quibus verbis expreſſit ipſum legionarium militem. Varro vult, pilum idem eſſe ac piſtillum, & illud telum ab omine dictum, quod hoſtes feriret. Etenim ſicut inſtrumento illo ruſtico aut ciborio teri frangique ſolent frumenta; ſic iſto hoſtes. Unde omen captum & vox tranſlata eſt in bellum

Pila duo.) Vegetius clare Lib. II. cap. 15. Habebant bina miſſilia, unum majus, quod Pilum vocabant, & aliud minus, quod Verutum. Quod obſcura Polybii lectio etiam indicare videtur: ſunt e pilis quædam craſſa, quædam tenuia: Videtur ergo unusquisque duo pila habuiſſe, majus alterum, alterum minus. Nam alias nimis onerata fuiſſet legionarii militis manus; & hoc ex mente Vegetii, quod addit de Veruto, illud minus reſpondet Polybii & Livii hiſtoriæ, qui Pila dederunt huic generi militum.

Alia rotunda, quæ palmarem habent diametr.) rotunda habuere palmarum diametrum, i. e. quatuor digitorum: nam palmus Græce παλαιςὴ quatuor digitos menſurat: at quadrangula, quæ latus; non ita accipiendum, quod unumquodque latus fuerit palmare, i. e. quatuor digitorum, ſed quod totus ambitus, ſi quatuor latera ſimul ſumta quatuor digitos expleverit. Nam ſi unumquodque latus ſeorſim ſumtum intelligimus, totus ambitus continet 16. digitos, quod telum manu non potuiſſet commode teneri & vibrari. Præterea nulla proportio ferri tunc ad lignum fuiſſet.

Alia quadrangula) quæ in crebriori uſu fuiſſe rotundis videntur. Appianus illa deſcribit in pugna C. Sulpicii cum Gallis. Τα' δὲ δόρατα ἦν ἐκ ἐοικότα ἀκοντίοις, ἃ Ρωμαῖοι ὑσσὸς καλῦσι, ξύλυ τετραγώνυ τὸ ἥμισυ, καὶ τὸ ἄλλο σιδή-

δὲ τετραγώνῳ κατὰ τὸ μέσον, τὸ δὲ λοιπὸν σιδήρῳ τετραγώνῳ, καὶ τῷδε μαλακῷ χωρίς γε τῆς αἰχμῆς: *Erant haſtæ non ſimiles jaculis, quas Romani Huſſos, (imo Pila) dicunt, e ligno quadrangulo parte media, parte reliqua e ferro quadrangulo, atque eo molli, excepto mucrone.* Dicit non ſimilia fuiſſe, nimirum vulgatis levibusque jaculis, quibus Velites armati ſunt. Quamvis Lipſius ſuſpicatur, pro ἐκ legendum eſſe ἐν, ratio: quia Pila revera fuerunt jacula, jaculisque ſimilia, licet non iis levibus. Verum hæc conjectura mihi non probatur, cum conj. concluſ. ἐν principium aut proximum a principio locum, non medium, Sententiæ occupet. Fortaſſe ἐκ tanquam ſuperfluum prorſus eſt delendum.

Sibynis) *Sibyna* vel *Sibuna* fuit venabulum ſive jaculum venatorium. Feſtus: Sibunam appellant Illyrici telum venabuli ſimile. Illyrica ſive potius Græca vox fuit: nam Græcis finitimi erant Illyrii, & Græci magiſtri paſſim eam explicant. Heſychius: Σιβύνη ὅπλον δόρατι παραπλήσιον: *Sibuna telum haſtæ conſimile.* Athenæus ſcribit, illatos in convivium Carani συάγρους σιβύναις ἀργυραῖς διαπεπερονημένους, apros ſibunis argenteis transfixos. Cur tali pompa? ut glorioſus convivator oſtenderet, vere feros eſſe, nec domi a coquo, ſed in ſylva a venatore cæſos: Suidas: Σιβύνη, ἀκόντιον ῥωμαϊκόν: *Sibyna Romanum telum.* Quod verum ſit, pro Polybiana hic deſcriptione minoris Pili.

Telum ferreum, hamatum) mucro fuit hamatus, ne facile evelli poſſet ſemel impactum telum. Florus Lib. II. c. 7. ait de prima Romanorum pugna cum Philippo Macedonum: Nihil tamen terribilius fuit ipſo vulnerum aſpectu, quæ non ſpiculis neque ſagittis, neque Græculo ullo ferro, ſed ingentibus pilis, nec minoribus adacta gladiis, ultra morem patebant. Unde conſtat, mucrones admodum latos fuiſſe & magnos.

Lon-

Longitudinem habens parem ipſi hoſtili) quibus verbis oſtenditur & pondus & vis pili, quod etiam Vegetius indicat Lib. II. c. 15. Arte & virtute directum ſcutatos pedites & loricatos Equites ſæpe transverberat. Polybius dicit, ferri longitudinem fuiſſe parem ipſi ligno; quod verum eſt, ſed ita, ut ſeorſim non extiterit & prominuerit totum illud ferrum, ſed pars ejus dimidia circiter infixa fuerit vel adfixa ligno. Hoc ſatis oſtendit, dicens: ad media usque ligna religatum & infertum fuiſſe. Eminuit ergo in mucronem & manſit cubitus & ſemis; alter ille modus periit in ligno. Hoc notandum, ut juſtum magnitudinem totius pili cognoſcamus, quæ ex hoc ratiocinio fuit quatuor cubitorum & ſemis, i. e. pedum ſeptem paulo minus. Superavit igitur menſuram hominis, ideoque Silius niti in ea milites facit:

Stabant innixi pilis exercitus omnis.

Dionyſius hoc telum L. V. deſcribens, aut, mucrones utrinque in extremis eſſe præfixos; longiorem ſcilicet ad ictus ſive vulnera infligenda, & exiguum a pede, quo in terram defigi poſſet.

Crebris fibulis configentes) auctor indicat, tubum non fuiſſe tam grandem, in quem lignum immitteretur; ſed potius duas utrinque alas fereas, quas fibulæ iſtæ comprehenderent & firmarent.

Harum fibularum alteram, dicit Plutarchus, e ligno ſuppoſitam, ut ſcil. impetu & pervaſione teli incidentis diſtracta, ſalveretur ea ala, & ſic inflexa altera telum pendulum & incurvum traheretur. Hunc in finem, ut impediret pugnantem, & ſcuto is commode uti non poſſet. J. Cæſar L. I. B. G. *pugnam cum Gallis commiſſam commemorans, inquit, Gallis magno ad pugnam erat impedimento, quod pluribus eorum ſcutis uno ictu pilorum transfixis & colligatis cum ferrum ſe inflexiſſet, neque evellere, neque ſiniſtra impedita ſatis commode pugnare poterant.*

Ocrea)

Ocrea.) Polybius tribuit Romanis militibus *Ocream* ſingulari numero. Unde dubium oritur, an unam tantum? præcipue cum aliunde conſtet, non omnes populos duobus ſimul pedibus aptaſſe ocreas. Vegetius Lib. I. c. 15. ſcribit: Pedites ſcutati etiam ferreas ocreas in dextris cruribus cogebantur accipere. Dat cruribus tantum dextris, & cauſam hanc adfert, quod in pugna cominus, dextros pedes hi ante milites habere debeant: at cum miſſilibus certatur, ſiniſtras. Virgilius de populo quodam Latii Lib. VII.

— — pars maxima glandes
Liventis plumbi ſpargit; pars ſpicula geſtat
Bina manu, fulvosque lupi de pelle galeros
Tegmen habet capiti: veſtigia nuda ſiniſtri
Inſtituere pedis; crudus tegit altera pero.

E contrario quosdam populos legimus ſiniſtrum modo pedem texiſſe, qui ſcilicet jaculis pugnabant. Silius de Sabinis, Lib. VIII.

Cunctis haſta decus clypeusque refertur in orbem,
Vertice & inplumes; & lævi tegmine cruris
Ibant.

Videntur tamen priſci Romani, quorum militiam deſcribit Polybius, utrumque crus ocreis muniviſſe; præcipue cum Livius & Dionyſius in cenſu Serviano, qui Scutum & Haſtam ſingulari, at ocreas plurali numero eloquantur. Vide ocreatum militem p. 106. Fig. 2. Tab. V.

Polyb. §. 6.

Ἐπὶ δὲ πᾶσι τούτοις προσεπικοσμοῦνται πτερίνῳ στεφά-

Verſio Latina.

PRæter hæc omnia adornantur apice plumeo, pennis-

φάνῳ, καὶ πτεροῖς φοινικίοις ἢ μέλασιν, ὀρθοῖς τρισὶν, ὡς πηχυαίοις τὸ μέγεθος. Ὧν προσεθέντων κατὰ κορυφὴν ἅμα τοῖς ἄλλοις ὅπλοις, ὁ μὲν ἀνὴρ φαίνεται διπλάσιος ἑαυτȣ κατὰ τὸ μέγεθος, ἡ δ᾽ ὄψις καλὴ, καὶ καταπληκτικὴ τοῖς ἐναντίοις.

niſque puniceis aut nigris, rectis tribus, ad cubiti longitudinem. Quæ ubi in ſummo vertice aliis armis adduntur, vir duplo major apparet, & pulchra ea ſpecies fit, hoſtique formidabilis.

Commentatio.

PRæcedenti §o. ceteris corporis munimentis etiam GALEAM addit Auctor. Quemadmodum Galeas æreas non ſolum Polybius, ſed & Livius & Dionyſius agnoſcunt; ita veteres ex alio metallo elaboratas non excludunt. Camillus militibus ſuis ἐχαλκεύσατο (verba Plutarchi) κράνη τοῖς πλείστοις ὁλοσιδηρᾶ, καὶ λεῖα ταῖς περιφερείαις, ὡς ἀπολισθαίνειν ἢ κατάγνυσθαι τὰς μαχαίρας: *Fabricatus eſt galeas plerisque totas ferreas, & leves in ambitu, ut gladii aut laberentur in iis, aut frangerentur.* Hinc apparet, non omnibus tunc fuiſſe galeas ferro aut metallo ſolido, ſed e corio aut tali materie, ferro aliquo per lineas aut circulos inducto. Galearum autem forma, cujusmodi paſſim in priſci ævi monumentis apparet, eſt hæc: Antrorſum apertæ, & ferri aliqua eminentia, ſed repandi. Ad latus & malas utrasque. *Bucculæ*, ſic dictæ, quod buccas tegant. Livius: Alii galeas bucculasque tegere. Unde *Buccularii* in Paterno Juriſconſulto, qui has parant conficiuntque. Veterum Galeæ non undique clauſæ nec toti vultui obductæ fuerunt, quales hodie equitum noſtrorum cernuntur. Hinc illa vox Cæſaris in acie Pharſalica: Miles faciem feri, quæ ſci-

ſcilicet, niſi a ſcuti objectu, nuda. Inde & in Perſis; ut novum miratur Ammianus: quod humanorum vultuum ſimulacra ita capitibus diligenter aptata eſſent, ut imbracteatis corporibus ſolidis, ibi tantum incidentia tela poſſent hærere, qua per cavernas minutas, & orbibus oculorum affixas, parcius viſitur, vel per ſupremitates narium anguſti ſpiritus emittuntur.

Apice plumeo) Caſaubonus reddidit Serto pennaceo; ſed mihi magis arridet Lipſii Apex plumeus, Virgilium imitati: *Ardet apex capiti*, & vox Apex ſignificantius rem exprimit: einen Feder-Buſch. De hoc capitis inſigni Plutarchus Græca voce στεφανη aut στεφανη utitur, de Pyrrho Rege dicens: τὴν στεφάνην, ᾗ διάσημον τὸ κράνος ἦν, ἀφελὼν ἔδωκέ τινι τῶν ἑταίρων. Apicem quo inſignis & cognobilis galea ejus erat, amicorum alicui auferens, eam tradidit. Non enim de regia vel aurea aliqua corona ſentit, ſed de hoc inſigni galeæ, quod proprium ipſe habuit, & idem Plutarchus dixit τὰ κέρατα τραγικὰ Cornua hirci. Reges enim itemque digniores militum, inſignes maxime & ſuperbas faciebant has plumas. Contra plebeji; nec alio ſenſu Lucanus de M. Bruto, in acie Pharſalica.

Illic plebeja contectus caſſide vultus,
Ignotusque hoſti, quod ferrum Brute tenebas?

Vult, eum habitu gregarii militis fuiſſe, & galea aut criſta minime conſpicuum. Sed & Centuriones Romano more transverſas criſtas, hoc fine gerebant; ut internoſcerentur. Vegetii quidem ævo ſic fuit. Centuriones habebant galeas ferreas, ſed transverſis & argentatis criſtis, ut facilius agnoſcerentur. Argenti aliquid mixti in criſtis agnoſcit, fortaſſe & auri in nobiliorum. Conus eſt fiſtula galeæ ſuprema, in quam criſta immittitur, das oberſte Theil am Helm, darein der Feder-Buſch geſteckt wird. Virg. III. Æneid.

Et conum inſignis galeæ, criſtasque comantes.

Pennisque puniceis & nigris.) Criſtas gerebant puniceas & nigras. Puniceus color videtur fuiſſe honeſtiorum, ſane aptus ſanguineo Marti. Virgil.

— *Criſtaque tegit galea aurea rubrâ.*

Diodorus L. VI. Hiſpanos quoque oſtendit amaſſe: Περὶ δὲ τὰς κεφαλὰς κράνη χαλκᾶ περιτίθενται φοινικοῖς ἠσκημένα λόφοις: Circum capita galeas æreas ponunt, puniceis ornatas criſtis. Nigras criſtas quidam tradunt viliorum fuiſſe: hic enim color triſtis & luctuoſus erat. Hor. Lib. I. Satyr. IX.

— — *hunccine ſolem*
tam nigrum ſurrexe mihi!

ut & Diti ſacer, ad quem multi in ferali hoc certamine ibant. Candidarum criſtarum crebra fit mentio, ut in Virgilio:

Cujus olorinæ ſurgunt de vertice pennæ.

Hunc colorem tanquam lætiorem & digniorem dat Hannibali Silius L. II.

— *vibrant cui vertice coni*
Albentis niveæ tremulo putamine pennæ.

Romani etiam eo ſuperbiæ proceſſerunt, ut Pavonum pennas gererent: Claudianus Honorio ſuo talem criſtam dat:

Quod picturatas galea Junonia criſtas
Ornet avis.

Denique plumas aquilæ & talium avium, quæ pugnaces aut rapaces fuerunt, boni ominis cauſa habebant.

Re-

Rectis tribus.) Triplex hæc criſta eſt, ſive τριλόφια Græcorum, itemque τριφάλεια. Ejus meminerunt Poëtæ certatim, inter alios Virgilius Lib. VIII. Æn.

Cui triplici criſtata juba galea alta.

Etiam alii, ut Suidas, qui Geryonem autumat dictum τρικέφαλον, ſive tricipitem, ὅτι τρεῖς λόφους εἶχεν ἐν τῇ περικεφαλαίᾳ: quod tres criſtas in galea haberet. Tandem apparet, olim, cum Polybius ſcripſit, non niſi pennas ipſas rectas ſive erectas ſic tuliſſe, ſine alio apparatu & cultu, qui mos fere hodie Turcarum & Hungarorum.

Juba.

Præter pennas etiam *Jubas* ſæpiſſime galeis impoſitas legimus. Virgilius:

— — *Criſtaque hirſutus equina.*

Silius Lib. XII. de Marcello:

Circumſtant rapidi juvenes, aptantque frementi
Sanguineas de more jubas.

Pulchra ea ſpecies) uſum Criſtarum duplicem indicat, ut viris majorem concilient & ſpeciem & animum; tum ut hoſti majorem injiciant timorem. Utrumque verum eſt, hinc ubique terrarum bellatores hoc ornamenti genus adfectant. Nobiles Germaniæ & hodierni & veteres ſedulo hoc capitis inſigni ſuperbiunt; cujus rei argumenta produnt illa inſignia Familiarum. Ceterum hujus rei auctores extolluntur Cares. Herodotus in Clio L. XIV. ἐπὶ τὰ κράνεα λόφους ἐπιδέεσθαι Κᾶρές εἰσιν οἱ καταδείξαντες. *In galeis criſtas illigare Cares ſunt qui oſtenderunt.* Plinius de invent. rerum. Sed Galeas & criſtas aliquot vide in Fig.

Polyb. §. 7.	Verſio Latin.
Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ προσλαβόντες χάλκωμα σπιθαμιαῖον πάντῃ πάντως, ὃ προστίθενται μὲν πρὸ τῶν στέρνων, καλοῦσι δὲ καρδιοφύλακα, τελείαν ἔχουσι τὴν καθόπλισιν. Οἱ δὲ ὑπὲρ τὰς μυρίας τιμώμενοι δραχμὰς, ἀντὶ τοῦ καρδιοφύλακος σὺν τοῖς ἄλλοις, ἁλυσιδωτοὺς περιτίθενται θώρακος. Ὁ δ' αὐτὸς τρόπος τῆς καθοπλίσεώς ἐστι καὶ περὶ τοὺς πρίγκιπας καὶ τριαρίους· Πλὴν ἀντὶ τῶν ὑσσῶν οἱ Τριάριοι δόρατα φοροῦσιν.	AT plerique capientes æream laminam, quæ ſit palmi majoris ſive duodecim digitorum undique nec amplius, eam pectori apponunt, & vocant pectorale, & ſic plenam juſtamque habent armaturam. Qui tamen ſuper decem mille drachmas cenſi ſunt, ii pro pectorali, ſuper cetera arma loricas capiunt hamatas. Eodem modo armantur & Principes & Triarii, niſi quod Triarii pro pilis haſtas gerunt.

Commentatio.

PLerique capientes æream laminam) plurimi non integram habebant loricam; ſed loco ejus tantum partem æris aut ferri procuſam, quæ tegeret ſummum pectus, cum ima ventris ſcutum ſatis muniret.

Ve-

Vocant pectorale) καρδιοφύλακα. Lipſius recte vertit Pectorale ab uſu, quia pectori tegendo inſervit, dictum: Varro: De corio crudo pectoralia faciebant. Varro vult, pectoralia e corio fuiſſe; fuere etiam confecta e ferro, Silius Lib. VIII.

ille viris pila, & ferro circumdare pectus
addiderat.

Hoc genus appellat Polyænus Lib. IV. ἡμιθωράκια, ſemiloricas: Ἀλέξανδρος, inquit, ἡμιθωράκια τοῖς φεύγουσι στρατιώταις ἀντὶ θωράκων ἔδωκεν, ἵνα μένοντες μὲν ἀσφάλειαν ἔχωσιν, τῶν κατὰ πρόσωπον κρυπτομένων, φεύγοντες δὲ τὰ ὄπισθεν μέρη φυλάττειν μὴ δύνωνται. *Alexander fugitivis militibus ſemiloricas pro integris dedit, ut manentes quidem tuti eſſent; anterioribus tectis, fugientes poſtica tueri non poſſent.*

Plenam juſtamque habent armaturam) nam corpus militum jam totum munitum & tectum. Hinc gloriatur Tit. Cæſar. ap. Hegeſippum L. III. cap. 24. de ſuis Romanis. „ Progredimur in bellum muniti undique. Tegitur galea caput, lorica pectus, totumque clypeo corpus. Ubi feriat hoſtis Romanorum militem, reperire non poteſt, quem ferro tectum circumſpicit.„

Qui tamen ſuper decem mille drachmas cenſi) quæ, Romano more, centena millia æris, i. e. ex calculo noſtro pag. 27. 1250. Unciales ſive Thaleros adæquant. Deſignat auctor genus militum, quibus neceſſitas ferendi non pectoralia, ſed totas loricas. Illi erant ditiores, & quod ſumma iſta indicat, ex prima Claſſe. Atque iſti etiam olim, ex Servii inſtituto, eximie & præter ceteros debebant armari. Hinc loricatus miles & Centuriones loricati denotant Hirtio in Bello Hiſp. militum digniores aut certe locupletiores.

I 3 *Lo-*

Loricas capiunt hamatas,) Etymon LORICÆ Varro de L. L. a loris ita deducit: Lorica a loris, quod de corio crudo pectoralia faciebant: poſtea ſuccuderunt Galli e ferro ſub id vocabulum ex annulis ferream tunicam. Chabotius in Comment. ad Horatii Od. XXIX. Lib. I. ita differit: Lorica dicitur a loris & corrigiis coriaceis, ex quibus eam primum contexuerunt Iberi Hiſpani. Inventionem loricarum tribuit Iberis, Hiſpaniæ populis bellicoſiſſimis, neſcio, cujus ſcriptoris auctoritate ductus; certe Horatii verba

— — Socraticam & domum
Mutare loricis Iberis
Pollicitus meliora, tendis?

non innuunt, ab Iberis hoc armorum genus primum excogitatum; ſed ſignificant, Hiſpaniam bonitate ferri & chalybis præſtare, & artificum, qui loricas & cetera arma præclare fabricarent, copia abundare. *Lorica autem integra* conſtat duabus partibus, anteriore, quæ pectus munit, a Polybio ſupra pectorale nominata; & poſteriore, quæ tergum tegit. Pauſanias, loricas Veterum & Homericas deſcribens, docet, habuiſſe duas partes: Δύο ἦν, ait, χαλκᾶ ποιήματα. τὸ μὲν στέρνῳ καὶ τοῖς ἀμφὶ τὸν γαστέρα ἁρμόζον, τὸ δὲ, ὡς νώτῳ σκέπην εἶναι, γύαλα ἐκαλεῖτο. τὸ μὲν ἔμπροσθεν, τὸ δὲ ὄπισθεν προσῆγον· ἔπειτα περόναι προσῆπτον πρὸς ἄλληλα: *Duæ erant æreæ partes, illa quidem pectori & iis, quæ circa ventrem apta; hæc ut dorſo tegmen eſſet: vocabant Gyala, ſive cava & incurva a forma: illam antrorſus, hanc retrorſus inducebant: deinde fibulæ utramque jungebant.* Fuere ergo ſimiles hodiernis loricis equitum noſtrorum, welche Curaſſiers genennet werden.

Duplex conficiendi loricas ratio fuit, prior ex ſolidis & integris laminis ferreis vel æneis, admixto interdum nobiliore metallo, auro aut argento. Hoc modo elaboratæ fuerunt loricæ, quibus munivit Darius ſuos ca-

cataphractos equites apud Curtium L. III. Equitibus equiſque tegumenta erant ex ferreis laminis, ſerie inter ſe connexis; nimirum diverſæ erant paratæ laminæ ferreæ: quas fibulis connexas aptabant & equitum, & equorum corporibus. Illas loricas ex integris laminis paratas appellabant ςαδίυς vel ςαδὸς. Alter modus. Circulos & annulos magna copia cudebant, eosque affabre inter ſe connectebant, vel annulos & catenulas hamulis jungebant. Dicere hoc vult Sidonius:

> — — *nec ſutilis illi*
> *Circulus impactis loricam texuit bamis.*

Tertium loricarum genus, quod non annulis ſolis, ſed & ſquamis conſtat. Græci φολιδωτὸς vocant vel λεπιδωτὸς, a ſquamis piſcium vel ſerpentum. Has hamis & laminis ſolidis ſimul conſtitiſſe certum eſt. Silius Lib. V.

> *Loricam induitur, tortos huic vexilis bamos*
> *Ferro ſquama rudi, permiſtoque aſperat auro.*

Has ipſas ſquamas alii dicebant plumas, quas ſupernectebant laminis ferreis. Ammianus Lib. XXIV. de Parthis. Hoſtem undique laminis ferreis, in modum tenuis plumæ confectum. Salluſtius, linteo: Equites cataphracti, ferrea omni ſpecie, equis paria operimenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant. Virgilius, Pelli; Lib. XI. Æneid.

> *Spumantemque agitabat equum, quem pellis abenis*
> *In plumam ſquamis auro conſerta tegebat.*

Tegebat equum pellis, & illa tota æris laminis auratis in modum plumarum aut ſquamarum cooperta.

Loricæ bilices & trilices ſunt, quarum laminæ bis vel ter gemmatæ ſunt. Sic in Virgilio: *Loricam inſertam hamis auroque trilicem.*

Lorica ſegmentata eſt, cum ſegmenta ferrea, tanquam faſciæ aliæ aliis ſuperpoſitæ totum corpus ambierunt.

Lorica Linea vetuſtiſſimi Græci uſi. Sic Homero dicitur Ajax λινοθώρηξ, lineo thorace indutus. Græci poſt Iphicratem Ducem lineas loricas induerunt. De quo Corn. Nepos ita in Iphic. dicit. „Genus loricarum mutavit, & pro ferreis atque æneis lineas dedit. „Geſtarunt & Macedones, quorum arma olim erant, Dione auctore, thorax lineus trilix, clypeus æreus. In Italia quoque uſurparunt. & Livius Auguſtum legiſſe aſſerit in thorace linteo ſcriptum, de Coſſi opimis ſpoliis. Hoc tamen genus loricarum Pauſanias Lib. I. venantibus commendat. Οἱ θώρακες, inquit, οἱ λινοῖ μαχομένοις μὲν οὐχ ὁμοίως εἰσὶ χρήσιμοι· διϊᾶσι γὰρ καὶ βιαζόμενοι τὸν σίδηρον. θηρεύοντας δὲ ὠφελοῦσιν, ἐναποκλῶνται γὰρ σφίσι καὶ λεόντων ὀδόντες καὶ παρδαλέων: *Loricæ linteæ pugnantibus non æque utiles. Tranſmittunt enim vel coactæ & fractæ ferrum: venantibus autem proſunt. Franguntur enim aut retunduntur in iis leonum dentes & pantherarum.*

E lana quoque ejusmodi coactiles thoraces parabantur, Suidas e ſcriptore veteri: Φοροῦσι δὲ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς θώρακας πιλητοὺς, ὧν τὰ κοῖλη ὑπάρχουσι στερρὰ διὰ τὴν χρηστότητα τῶν πιλημάτων: *Ferunt in capitibus thoraces coactiles, quorum ſinuatio firma & ſtabilis manet ob bonitatem coactilium.* Cæſ. L. III. B. Civ. Omnes fere milites aut ex ſubcoactis aut ex centonibus tunicas & tegumenta fecerant, quibus tela vitarent. Plinius: Lanæ per ſe coactæ veſtem faciunt, et ſi addatur acetum, etiam ferro reſiſtunt. Labente ævo integras tunicas ex lana coacta factas, quas vulgo milites geſtabant, & Thoracomachos dicebant, legimus. Plenam Thoracomachi deſcriptionem exhibet Lipſius Lib. III. Dial. VI. de M. R. inter omnia, quæ adverſum bellum provida poſteritatis cogitavit antiquitas, Thoracomachum quoque ad levamen corporis armorum pon-

de-

deri & aſperitati ſubjecit. Hoc enim veſtimenti genus, quod de coactili ad menſuram & tutelam humani corporis conficitur, de mollibus lanis timoris ſolicitudo ſolertia magiſtra compoſuit. Ut hoc inducto primum lorica vel clibanus aut his ſimilia fragilitatem corporis ponderis aſperitate non læderent, membra quoque veſtientis inter armorum hiemisque diſcrimen tali ſolatio adjuta labori ſufficerent. Sane ne idem Thoracomachus pluviis verberatus, ingraveſcente pondere adficiat veſtientem, de Lybicis bene confectis pellibus ad juſtas ejusdem Thoracomachi faciem convenit ſuper inducere. Imaginem ejus vide in Fig.

Ceterum de Loricarum pondere ſcribit Plutarchus in Demetrio: Θώρακες αὐτῷ δύο ἐκομίσθησαν ἐκ κύπρυ σιδηροῖ, ὁλκῆς ἑκάτερος τεσσαράκοντα· Δυσπάθειαν δὲ αὐτῶν καὶ ῥώμην ἐπιδεικνύμενος ὁ τεχνίτης ζώϊλος, ἐκέλευσεν ἐξ καὶ εἴκοσι βημάτων ἀφεῖναι καταπελτικὸν βέλος, ὃ προσπεσόντος, ἀῤῥαγὴς διέμεινεν ὁ σίδηρος, ἀμυχὴν δὲ μόλις ἔσχεν ἀμβλεῖαν, οἵαν ἀπὸ γραφείου. *Loricæ illi allatæ fuerunt ex Cypro ferreæ, librarum utraque quadraginta. Earum impatientiam & robur cum oſtendere artifex Zoilus vellet, juſſit immittere a ſex & viginti paſſibus telum catapultarium, quod cum violenter incidiſſet, ferrum loricæ ſine fractura manſit, ſtricturam vix levem & cæcam habuit quaſi a ſcriptorio ſtilo.* Non negabimus, & pondus hoc exiguum fuiſſe, & robur eximium, quod tamen & noſtri æmulantur hodie. Sunt enim ſolidæ Loricæ, quæ reſpuunt ſclopedorum glandes, valido haud dubie & penetrabili ictu venientes.

Eodem modo armantur.) Tria igitur hæc genera militum pariter armata ſunt, & diſcrimen modo aliquod a cenſu, uti dictum, unum excipit quod

Pro pilis Triarii gerant haſtas.) Pila iſti non habent. Cauſa hæc eſt, quoniam in extremo collocati, longius

ab hoſte erant, quam ut pilo eorum eò pertingerent, aut vim perferrent miſſa. Altera etiam cauſa, quod fortaſſe contra irruptionem equitum & totam ordinum confuſionem muniverunt haſtis: quibus acies, ut Livius loquitur, velut vallo ſepta inhorrebat. Iſtas igitur haſtas ad ſtatariam & manuariam pugnam habebant, & ut idem Livius, ad ora fodienda. Ipſi Polybio narratur, in pugna cum Gallis, Tribunos militum juſſiſſe haſtas Triariorum tradi primis manipulis, atque iis ita pugnari in ora Gallorum. Haſtæ autem illæ non nimis longæ, ut Macedonum ſariſſæ. Nec poſſibile erat, nimis longis uti. Scutum majus Triarii ſiniſtra gerebant, nec videntur, niſi una manu commode tractaſſe iſtas haſtas.

Polyb. §. 8.

Ὁ δὲ καθοπλισμὸς τῶν ἱππέων νῦν μέν ἐςὶ παραπλήσιος τῷ τῶν Ἑλλήνων· Τὸ δὲ παλαιὸν πρῶτον μὲν θώρακας οὐκ εἶχον. ἀλλ' ἐν περιζώμασιν ἐκινδύνευον· Ἐξ οὗ πρὸς μὲν τὸ καταβαίνειν, καὶ ταχέως ἀναπηδᾷν ἐπὶ τοὺς ἵππους, ἑτοίμως διέκειντο καὶ πρακτικῶς, πρὸς δὲ τὰς συμπλοκὰς, ἐπισφαλῶς εἶχον, διὰ τὸ γυμνοὶ κινδυνεύειν· Τὰ δὲ δόρατα κατὰ δύο τρό-

Verſio Latina.

Porro Armatura equitum nunc quidem ſimilis eſt illi Græcorum. At antiquis temporibus primum loricas non habebant; ſed in veſte ſuccincti pugnabant. Ex quo fiebat, ut ad deſcendendum quidem & celeriter inſidendum in equos parati eſſent atque expediti: inter pugnandum vero periculis objicerentur, ut qui iner-

γρόντες, ἄπρακτα ἦν αὐτοῖς. Καθ' ἕνα μὲν, λεπτὰ καὶ κλαδαρὰ ποιοῦντες, ὥστε τοῦ προτεθέντος ἠδύναντο σκοποῦ στοχάζεσθαι, καὶ πρὸ τοῦ γε τὴν ἐπιδορατίδα πρός τι προσερεῖσαι, κραδαινόμενα δι' αὐτῆς τῆς τῶν ἵππων κινήσεως, τὰ πλεῖστα συνετρίβετο. Πρὸς δὲ τούτοις ἄνευ σαυρωτήρων κατασκευάζοντες, μιᾷ τῇ πρώτῃ διὰ τῆς ἐπιδορατίδος ἐχρῶντο πληγῇ. Μετὰ δὲ ταῦτα κλασθέντων, λοιπὸν ἦν ἄπρακτα αὐτοῖς καὶ μάταια. Τόν γε μὴν θυρεὸν εἶχον ἐκ βοείου δέρματος, τοῖς ὀμφαλωτοῖς ποπάνοις παραπλήσιον, τοῖς ἐπὶ τὰς θυσίας ἐπιτιθεμένοις. Οἷς οὔτε πρὸς τὰς ἐπιβολὰς ἦν χρῆσθαι, διὰ τὸ μὴ στάσιν ἔχειν, ὑπό τε τῶν ὄμβρων ἀποδερματούμενοι καὶ μυδῶντες, δύσχρηστοι καὶ πρότερον ἦσαν, καὶ νῦν ἔτι γίνονται παντελῶς. Διόπερ ἀδοκίμου τῆς

inermes pugnabant. Haſtæ deinde duabus de cauſis erant illis inutiles. Prior ratio eſt, quod cum graciles eas & tremulas facerent, non ad propoſitum ſcopum poterant collimare; & priusquam cuſpidem in aliquo defigerent, vibratæ ipſo equorum motu pleræque frangebantur. Ad hæc cum ſine cuſpide in ima parte eas facerent, unicum & primum ictum primore mucrone dabant; eoque fracto, haſtæ amplius nullius uſus erant. Scutum vero habebant ex bovillo corio, umbilicatis placentis ſimillimum, quas in ſacrificiis ſolent imponere. Quibus neque ad congreſſus uti poterant, quia firmitatem ad reſiſtendum non

χρείας ὄσης, ταχέως μετέλαβον τὴν ἑλληνικὴν καταςκευὴν τῶν ὅπλων. Ἐν ᾗ τῶν μὲν δοράτων τὴν πρώτην εὐθέως τῆς ἐπιδορατίδος πληγὴν εὔςοχον ἅμα καὶ πρακτικὴν γίνεσθαι συμβαίνει, διὰ τὴν καταςκευὴν, ἀτρεμὲς καὶ ςασίμου τοῦ δόρατος ὑπάρχοντος. Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἐκ μεταλήψεως τοῦ σαυρωτῆρος χρείαν μόνιμον καὶ βίαιον. Ὁ δ' αὐτὸς ὁ λόγος καὶ περὶ τῶν θυρεῶν, καὶ γὰρ πρὸς τὰς ἐπιβολὰς, καὶ πρὸς τὰς ἐπιθέσεις, ἑςηκεῖαν καὶ τεταγμένην ἔχουσι τὴν χρείαν, ἃ συνιδόντες ἐμιμήσαντο ταχέως. Ἀγαθοὶ γὰρ εἰ καὶ τινες ἕτεροι μεταλαβεῖν ἔθη, καὶ ζηλῶσαι τὸ βέλτιον Ῥωμαῖοι.

non habebant: & imbribus corrupta atque in corii naturam reſoluta, cum antea non magno uſui eſſent, jam plane inutilia fiebant. Quare cum eorum uſus minus probaretur, Græcanicam armorum ſtructuram ſtatim aſſumſerunt. Per quam haſtarum primum illum mucronis ictum ſtatim dirigi recte & efficacem eſſe contingit, eo quod ita conficitur haſta, ut ſtabilis ſit, non tremula; & ſimiliter verſa haſta, imæ cuſpidis uſum firmum eſſe ac violentum. Eadem ratio & in ſcutis. Nam & in aggreſſione & oppoſitione, firmis & tenſis uti eis licet. Quod cum vidiſſent, cito ſunt imitati. Romani enim, ut ſiqui alii, mores facile mutant, & quod eſt melius, æmulantur.

Com-

Commentatio.

DUplicem equitum armaturam & veterum & eam, quæ tunc erat, exprimit. De ea, quæ olim, ait: *Loricas non habebant, ſed in veſte ſuccincti*) mire in hoc §. hallucinantur interpretes. In Græco eſt ἐν περιζώμασι. At Laſcaris fecit in ſubligaculis pugnaſſe: Caſaubonus in campeſtribus, quaſi equites nudi degiſſent, & eo tantum tempore, quo pugnare juberentur, ſubligaculo corpus velaſſent. Imo ex Caſauboni verſione, qui infra ſubſequentem vocem γυμνοὺς interpretatur nudos, ſequitur, equites etiam in conflictu nudo corpore fuiſſe. Sed hæc omnia contra fidem hiſtoricam. Polybii autem mens eo redit, equites veſte tantum tectos, & quo magis expediti eſſent, ſuper eam cinctos fuiſſe eo tempore, quo prælium committere jubebantur. Plutarchum habet conſentientem de teſtamentis in procinctu: μέλλοντες θυρεοὺς ἀναλαμβάνειν καὶ περιζώννυσθαι τὸν τήβεννον: *jam ſcuta capturis & togam accincturis*. Quod Dionyſius proprie intelligit de equitibus, in Transvectione ſcribens: eos in togis, quas trabeas dicunt, transvectos, tanquam e pugna venirent. Unde liquet, eos pugnaſſe eo habitu, & ſuper trabeas fuiſſe cinctos. Virgilius de Pico Lib. VII.

Ipſe Quirinali lituo, parvaque ſedebat
Succinctus trabea, lævaque ancile gerebat
Picus equûm domitor.

Deſignat tunicam, quam augures cocco & purpura trabeatim intertextam gerebant: ſine dubio trabeam aliam ab hac Reges, aliam equites induebant.

ad deſcendendum & celeriter inſidendum &c.) utrumque merito ſpectabant, utpote qui nullo auxilio aut fulcro utebantur adſcenſuri aut deſcenſuri. Interdum haſta inni-

nixos legimus, ut in Livio Lib. IV. de Cornelio Coſſo: quem cum equo ictum (fortaſſe vectum) dejeciſſet, confeſtim & ipſe haſta innixus ſe in pedes excipit. Alii equos in illam conſuetudinem adduxerunt, ut genua ſubmitterent, ut Silius de equo tali Lib. X.

> *Inde inclinatus collum, ſubmiſſus & armos,*
> *De more inflexis præbebat ſcandere terga*
> *Cruribus.*

Talem prædicat equum Alexandri M. Bucephalum Curtius Lib. VI. c. 5. *ille*, inquiens, *nec in dorſo inſidere patiebatur alium, & Regem, cum vellet aſcendere, ſponte ſua genua ſubmittens, excipiebat, credebaturque ſentire, quem veheret.* Dignioribus præſto erat is, qui manu tolleret & adjuvaret adſcenſuros; qui hoc miniſterio fungebantur, Latinis Stratores ſunt dicti, quia equum ſternerent & ſublevarent in eum. Spartianus: Cum illum in equum ſtrator ejus levaret. Græci eos appellabant ἀναβολεῖς ab attollendo. Plutarchus: Ἅμα δὲ ἵππος τῷ Κράσσῳ παρέστη χρυσοχάλινος, καὶ οἱ ἀναβολεῖς αὐτὸν ἀράμενοι παρεβίβασαν, καὶ παρείποντο πληγῇ τὸν ἵππον ἐπιταχύνοντες. *Simul Craſſo admotus eſt equus auratis frenis, & Stratores eum ſuſtollentes impoſuerunt, & ſecuti ſunt equum verberibus incitantes.* Ἀναβολεὺς καὶ ἡ παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένη σκάλα. Ἀναβολεὺς etiam ea, quæ Romanis Scala dicitur. Id quod confirmat Scholiaſtes in Homerum Euſtathius Odyſſ. α. v. 155. Ἀναβολεὺς οὐ μόνον τὸ σιδήριον, ᾧ τοὺς πόδας ἐντιθέντες ἔφιπποι γίνονταί τινες, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος, ὃς εἰς τοῦτο ἔργον καθυπουργεῖ. Ἀναβολεὺς *non ſolum ferrum illud minutum dicitur, cui pedes imponunt quidam, ut inſcendant commodius; ſed etiam vir ipſe, qui ad tale opus adjutat.* Ex quibus Budæus colligit, veteribus notos fuiſſe ſubjices illos pedaneos ex ephippio utrinque dependentes, quibus hodie utimur ad ſcandendum & innitendum, Die Steig-Bügel. Verum id ex Euſtathii verbis non clare patet; cum ipſi Ἀναβολεὺς etiam inſtrumen-

mentum portatile, non penſile denotare poſſit, quidquid tamen hujus rei ſit, illud certum, pedaneos illos ſubjices veteribus non in vulgari uſu fuiſſe, cum Euſtathius dicat, uſurpaſſe quosdam, ergo non omnes. Id quod etiam ſtatuæ & imagines omnes evincunt: ſiquidem nusquam in iis forma aut veſtigium, & pedes ſemper penduli ſine ullo fulcro cernuntur. Hinc illud fulcrum (quod dicimus die Steig-Bügel) eſt novum inventum. Quod Franc. Philelphus Latino vocabulo *Stapedam*, quod pes in eo ſtaret, Budæus *ſubjicem pedaneum* appellavit.

Priſci, ſubjice pedaneo deſtituti, inſiliebant in equos, quibus ne id difficile eſſet, ab ineunte ætate quotidie exercebantur. De hoc exercitio Romanorum Vegetius Lib. I, c. 17. ita:

Non tantum a tyronibus ſalitio equorum diſtricte ſemper eſt exacta. Quem uſum usque ad hanc ætatem, licet jam cum diſſimulatione, perveniſſe manifeſtum eſt. Equi lignei hieme ſub tecto, æſtate ponebantur in campo. Super hoc juniores primo inermes, dum conſuetudine proficerent, demum armati cogebantur adſcendere. Tantaque cura erat, ut non ſolum a dextris, ſed etiam a ſiniſtris & inſilire & deſilire condiſcerent, evaginatos etiam gladios vel contos tenentes. Hoc enim aſſidua meditatione faciebant, ſcilicet ut in tumultu prælii ſine mora aſcenderent, qui tam ſtudioſe exercebantur in pace. Cui exercitio reſpondet illud, quod nos appellamus das Voltigiren.

EPHIPPIVM.

Hæc ſalitio facilior erat, quod veteres Sellas illas equeſtres altiuſculas e ferro, ligno & corio compactas (die Sattel) non habebant; ſed earum vice, ſtragula quædam e panno, corio, pelle, quibus equos inſternebant, adhibuere, eaque & *Strata* dixere. Hinc Seneca Ep. LXXX. Stultus eſt, qui equum empturus non ipſum

ipſum inſpicit; ſed ſtratum ejus & frenos. Græci *ςρώματα* dixere, itemque *ἐφίππια*, qua voce vulgo & Latini uſi. Varro: Mihi puero modica una fuit tunica & toga, ſine faſciis calceamentum, equus ſine Ephippio. Oſtendit, quosdam durius habitos, ephippiis etiam caruiſſe. Quod tamen non ita perpetuum fuiſſe arbitror, ut Neronis denique ævo Equites in transvehendo ea uſurparint. Cæſar, cum Germanos ſcripſit iis caruiſſe, certe docet, Romanos ephippia habuiſſe, quos eo nomine ut molles Germani contemnebant. *Nihil*, inquit, *eorum moribus turpius aut inertius habetur, quam ephippiis uti. itaque ad quemvis numerum ephippiatorum equitum quamvis pauci adire audent.* Si hodiernos Germanorum mores intueamur, merito exclamamus cum Virgilio Lib. III. Æn.

Tantum ævi longinqua valet mutare vetuſtas.

Romani ergo, Polybii ævo ephippiis non utebantur; ſed Cæſaris & Imperatorum tempore in uſu eſſe cœperunt, id videre licet in Imperatoriis equis: vide Fig. niſi fortaſſe ſtructum farctumque aliquid e pannis ibi fuerit ad mollius inſidendum, ſine ligno tamen & ferro, vid. Tab.

Haſtas graciles & tremulas fac.) Duplici ergo cauſa inutiles, cum nec figerent fortiter, nec collinearent recte.

Sine ima cuſpide.) Græci uno verbo *σαυρωτῆρα* imam cuſpidem dicunt. Hac voce etiam Homerus uſus Iliad. I.

- - - ἔγχεα δέσφιν
Ὀρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρος ἐλήλατο.

Ubi ſic Euſtathius. Σαυρωτὴρ, σιδήριον κοῖλον ἐξ ἄκρου ὀξὺ, ᾧ ἐνθέμενον τὸ ὄπισθεν ἄκρον τοῦ δόρατος αὐτοῦ ἱστᾶσι, ποιοῦ πηγνυ-

γνόμενον καλά γῆς. *Sauroter ferrum parvum cavum in acutum deſinens, cui inſerta infima pars haſtæ efficit, ut recta ſtatuatur defixa terræ.* Ecce alterum uſum ejus ferri, ut nimirum haſta defigeretur in terra.

Scutum ex bovillo corio.) Scutum equeſtre ſine dubio e ſolo corio confectum fuit ſine ligno, hinc ſcutum pedeſtre bonitate non æquiparavit, & per pluviam corrumpebatur. Ejusmodi ſcutum fuit olim Afrorum, de quo Svidas. Πάρμαι, δερμάτινοι θυρεοὶ παρὰ Καρχηδονίοις: Parmæ, coriacea ſcuta apud Carthaginenſes: Cetræ proprie dictæ. Iſidorus: Cetra, ſcutum loreum ſine ligno, quo utuntur Afri & Mauri. Unde Virgilius

Lævas cetra tegit, falcati cominus enſis.

Tacitus hæc ſcuta etiam Britannis tribuit, & pugnare eos facit ingentibus gladiis, brevibus cetris. Oſtendit ergo, cetras parvas fuiſſe. Itaque iisdem levitatem tribuit Curtius Lib. III. *Armati bipennibus levibusque ſcutis, cetræ maxime ſpeciem reddentibus.* Hiſpani cetris uſi, non tamen omnes, ſiquidem Cæſar Lib. I. B. Civ. diſtinguit: Præterea ſcutati citerioris provinciæ & cetratæ ulterioris Hiſpaniæ cohortes. Pro jam dictis diſtinguit, & Luſitanis finitimisque dat cetras; aliis, qui Gallis viciniores, ſcuta. Peltam interpretatur Plutarchus cetram, & cetratos Luſitanorum πελτάςας Græce vertit. Livius Lib. XXXVIII. ait: Pelta cetræ haud diſſimilis eſt. Peltam Thraciam ita deſcribit Dionyſius: ἡ δέ ἐςι ῥαβδοειδῆ θυρεῷ, στενότερας ἔχοντι τὰς λαγόνας, ἐμφερής: *Ea vero eſt virgato ſcuto, quod latera arctiora habet, adſimilis.* Thraces vero ancilia geſtaſſe, conſtat: hinc Pelta Thracia ad anciliorum formam acceſſit, etſi lateribus minus incurvis aut reductis. Ergo Pelta Thracia cetram aliquo modo repræſentat, cujus formam habuerunt Romanorum Ancilia; Anciliorum formam deſcri-


bit Feſtus, & conſpiciendam præbet hic antiquus nummus, Vid. Fig.



Cetræ ſpeciem quodammodo refert etiam Pelta Amazonica, cujus meminit Virgilius:

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Hæc autem eſt Scutum breviſſimum, in modum lunæ mediæ. Sic eam deſcribit Iſidorus. Lapides & priſca monumenta oſtendunt, bilunem fuiſſe hanc peltam, e duplici ſemiluna inſignem vid. Fig.



Uſui.

Umbilicatis placentis ſimillimum) in Græco eſt vox πόπανον: de quo Suidas. Πόπανα, πλακούντια πλατέα καὶ περιφερῆ καὶ λεπτά: Popana, placentæ latæ, & tenues & rotundæ. Ex iis formam equeſtris ſcuti videmus, Cetræ ſpeciem reddentis, ſive potius Parmæ. Illa enim ſcuta equeſtria olim diebantur Parmæ. Livius L. II. Deſiliunt ex equis, & pro anteſignanis parmas objiciunt? vid. Fig.

Græcanicam armorum ſtructuram adſumſerunt.) Quæ ea fuerit, præclare docet Joſephus Lib. III. Excid. Τοῖς ἱππεῦσιν μάχαιρα μὲν ἐκ δεξιῶν μακρὰ καὶ κοντὸς ἐπιμήκης ἐν χειρί. Θυρεὸς δὲ παρὰ πλευρὸν ἵππου πλάγιος, καὶ κατὰ γωρυτοῦ παρήρτηνται τρεῖς ἢ πλείους ἄκοντες, πλατεῖς μὲν αἰχμάς, οὐκ ἀποδέοντες δὲ δορατίων μέγεθος. Κράνη δὲ καὶ θώρακες, ὁμοίως τοῖς πεζοῖς ἅπασι. *Equitibus gladius eſt ad dextrum oblongus, & contus item longus in manu. Scutum ad latus equi transverſum, & in pharetra portantur tria aut plura ſpicula, cuſpide lata, & haſtis magnitudine non cedentia. Galeas & loricas omnes habent, uti pedites.* Nota igitur, equites, more Polybiano, tunc geſtaſſe dextros gladios, etſi pedites eos jam haberent ſiniſtros. Sed addit, oblongum fuiſſe gladium, aliter quam in noſtris equitibus, qui breviorem pedeſtri gerunt. Olim autem contra. Pergit Joſephus addere contum in manu longum, & intelligit grandiorem concurſoriam haſtam, ad hoſtem cominus feriendum aut dejiciendum. At illud ſatis novum, quod Joſephus ſubjungit: in pharetra tria aut quatuor jacula. Nihil tale in Polybio, aut ullo veterum. Ultima ſunt, Galea & lorica juxta ac pedibus. Dat igitur omnia arma & pari, ut appareret, modo. Hæc hactenus de Equitibus gravibus, i. e. armis inſtructis: jam pedem promovebimus ad

LEVES.

NUmidæ quos poſtea Romani inter auxilia habuerunt, leves fuere equites. Hos graphice deſcribit Livius Lib. XXXV. *Nihil primo aſpectu contemtius: equi hominesque paululi & graciles, diſcinctus & inermis eques, præterquam quod jacula ſecum portat. Equi ſine frenis: deformis ipſe curſus, rigida cervice & extento capite currentium.* Videmus eos nudos, & ſi excipias jacula, inermes fuiſſe, & læva, ut Claudianus tradit, pro Clypeo, veſtem prætendiſſe. Erant autem artis jaculatoriæ peritiſſimi. Herodianus Lib. VII. *οἱ δὲ Νομάδες ἀκοντισαὶ εὐστοχοι*: Numidæ jaculatores certiſſimi. Equis utuntur (a.) *ſine frenis*: Strabo: *μικροῖς ἵπποις χρῶνται, ὀξέσι δὲ καὶ εὐπαθέσιν, ὥστε ἀπὸ ῥαβδίου διακιζεσθαι*: *parvis equis utuntur; ſed velocibus itaque obſequentibus, ut virgula exigua regantur.* Equis utuntur (b.) *ſine ſtrato.* Appianus nudo dorſo Maſaniſſam imponit: *γυμνὸν τὸν ἵππον ἀναβαίνων, ὡς ἔθος ἐστὶ Νομάσι*: *nudum equum conſcendens, ut mos Numidis.* Hos Numidas Romani in bello Punico manu fortes & feroces experti ſunt, adeoque iis poſtea, Africa devicta, auxiliares ſuas copias auxerunt & corroborarunt, ut Scipio minor, Marius & in Gallia Cæſar. Præter hos Numidas leves fuere alii armati. Livius enim ſcribit in pugna Cannenſi, inter dolos Hannibalis, quingentos ferme Numidas præter conſueta arma telaque, gladios occultos ſub loricis habentes, ſpecie transfugarum adequitaſſe, parmasque & jacula ante pedes hoſtium projeciſſe. Hic Numidis palam arma dat, & diſtincte loricas & parmas. De quibus idem Livius Lib. XXIV. *nec omnes Numidæ in dextro cornu locati, ſed quibus, deſultorum in morem, binos trahentibus equos, inter acerrimam ſæpe pugnam, in recentem ex feſſo armatis tranſultare moris erat.* Hujus generis Equites deſultores appel-

pellabant, & in ludum & circum traducebant, quorum meminit præter alios Manilius Lib. V.

> *Nec non alterno deſultor deſidere dorſo*
> *Quadrupedum, & ſtabiles poterit defigere plantas*
> *Per quos vadit equos.*

Præter Numidas, fuere etiam Equites

TARENTINI.

EQuites Tarentini, quorum meminit Livius & ipſe Polybius, haud diſſimiles erant, & duplex eorum genus. Sunt illi leves, de quibus Ælianus. Τῶν ἱππέων οἱ μὲν μόνον ἀκοντίζουσιν, εἰς δὲ χεῖρας τοῖς πολεμίοις οὐκ ἔρχονται, καὶ καλοῦνται ἱππαγωνισταὶ καὶ ταραντῖνοι: *Equitum alii jaculantur tantum, ad manus hoſtibus non veniunt, & vocantur Hippagoniſtæ & Tarentini.* Sunt alii, de quibus Livius: Cretenſes auxiliares, & quos Tarentinos vocabant, equites binos ſecum trahentes equos.

CAP. III.

De Signis militaribus & Inſtrumentis Muſicis militiæ deſtinatis.

Polyb.

§. 1.

DE his omnibus in Polybio, ubi ex inſtituto agit de militia Romana, altum eſt ſilentium: quapropter hunc defectum aliunde ſupplere eſt animus. Signa alia fuerunt peditum, alia equitum. Peditum Signa iterum duplicia, Legionis totius & Manipulorum. *Signum* LEGIONIS erat Aquila nec niſi unius una; & quia hæc præcipui imperii ſignum, ſubjungi ſub eam etiam ſocios voluerunt & auxilia. Hujus origo varie petitur. A Jove alii, qui hoc militiæ inſigne habuiſſe creditur, quidam a Trojanis. Fortaſſe ipſi Romani hoc ſibi ſignum repererunt. Sane rapacium aliquot animalium effigies adſumi & præferri, bello convenit. Hinc priſci Romani non Aquilam ſolum; ſed plura ejusmodi animalia prætulerunt pugnæ & rapinæ adſueta. Plinius Lib. X. c. 4, *C. Marius in ſecundo conſulatu ſuo proprie dicavit. Erat & antea prima, cum quatuor aliis Lupis, Minotauri, Equi,*


Apri,

Apri; quæ ſingulos ordines anteibant. Paucis ante annis ſola portari in aciem cœperat, reliqua in Caſtris relinquebantur. Marius totum ea abdicavit. Hic magnis difficultatibus involvimur. Mirum enim videtur, neque Polybium, neque alios Hiſtoricos horum animalium, quorum imagines ſuis copiis prætulerunt Romani, meminiſſe. Nec conſtat, quos ordines Plinius appellet, cohortes ne an manipulos. Lipſius quidem Lib. IV. Dial. V. autumat, Plinium ad veteres ordines & Genera militum reſpexiſſe, a Servio inſtituta, qui populum ſecundum cenſum in quinque Claſſes diſtribuit, adeoque, quando in Feſto legitur: *Porci effigies inter militaria ſigna quintum locum obtinebat, quia confecto bello, inter quos pax conſtitueretur, cæſa porca fœdus firmari ſolebat;* exiſtimat, per quintum locum intelligi quintam claſſem *Accenſorum*; ita ut primani eſſent *Haſtati*, ſecundani *Principes*, tertiani *Triarii*, quartani *Rorarii*, quintani *Accenſi*, quibus porci imago veluti ſignum militare præferebatur. Sed pagina 67. oſtendit, Rorarios & Accenſos fuiſſe apud veteres levis armaturæ milites, quorum vices Polybii ævo Velites ſupplebant. Hi autem non proprios manipulos, nec proprios duces habuere; ſed æquabiliter in omnes partes ſunt diſtributi. Ergo nec propria ſua habuere mili-

litaria Signa. Solvat hunc nodum Gordium, qui poteſt, & Phyllida ſolus habeto.

§. 2.

CEterum quemadmodum Germani priſci imagines ferarum inter ſigna militaria habuere, obſervante Tacito; ita Aquilæ dignitas non ſolum apud Romanos; ſed etiam apud alias gentes fuit. Perſis hoc ſignum regale extollebatur. Xenophon de Cyro L. VII. Pæd. Ἦν δὲ αὐτῷ τὸ σημεῖον ἀετὸς χρυσοῦς ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἀνατεταμένος. καὶ νῦν δὲ ἔτι τοῦτο τὸ σημεῖον τῶν περσῶν βασιλεῖ διαμένει. *Erat ei ſignum aquila aurea in haſta longa extenſa, & nunc quoque ipſum hoc inſigne Perſarum regi manet.* Curtius Lib. III. de Perſis: *Inter hæc aquilam auream pinnas extendenti ſimilem ſacraverunt.* Talis omnino etiam Romana Aquila fuit, quæ ſummæ haſtæ inſiſtebat ex auro vel argento, & fulmen ſæpe unguibus tenebat, quaſi jaculatura. vid. Fig.





Aqui-

Aquila hæc in Nummis M. Antonii & Auguſti ſic apparet. De illa Aquila extat egregius Joſephi locus Lib. III. Ἀετὸς παντὸς ἄρχει Ῥωμαίοις τάγματος, βασιλεύς τε οἰωνῶν ἁπάντων καὶ ἀλκιμώτατος ὤν· Ὁ δὴ καὶ τῆς ἡγεμονίας τεκμήριον αὐτοῖς, καὶ κληδὼν ἐφ᾽ οὓς ἂν ἴωσι τοῦ κρατήσειν δοκεῖ: *Aquila omni legioni apud Romanos præeſt, rex ipſa omnium avium, & eadem videntiſſima. Unde etiam imperii Signum ipſis eſt, & velut omen victoriæ, in quoſcunque eunt.* Unica autem hæc Aquila in Legione una, nec Socii, in aliis ceteroquin pares, eam habuerunt. Itaque per ipſas Aquilas numerant Legiones, ut Hirtius: *Erat Pompeji acies tredecim aquilis conſtituta.* Aquila hæc in hibernis, Religionis & cuſtodiæ cauſa in ſacello adſervabatur. Herodianus Lib. IV. de prætorianorum caſtris loquens, Antoninum venire facit, εἰς τὸν νεὼν, ἔνθα τὰ σημεῖα καὶ τὰ ἀγάλματα τοῦ στρατοπέδου προσκυνεῖται: *in ſacellum, ubi ſigna & imagines exercitus adorantur.* Dionyſius: ἐκέλευσεν ἐκ τῶν ἱερῶν τὰ σημεῖα ἐκφέρειν: *juſſit e templis ſigna efferre.* Cicero in Or. I. in L. Catilinam cap. 9. Sciam, pactam & conſtitutam eſſe cum Manlio diem? a quo etiam aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus perniciosam eſſe confido, & funeſtam futuram, cui domi tuæ ſacrarium ſcelerum tuorum conſtitutum fuit, ſciam eſſe præmiſſam? Tu, ut illa diutius carere poſſis,

quam venerari ad cædem proficiſcens ſolebas? a cujus altaribus ſæpe iſtam dextram impiam ad necem civium transtuliſti. Hic locus Ciceronis indicat, illam aquilam divino cultu affici ſolitam, tanquam Deam; a qua quidem Catilina cum veneratione precabatur triumphos & honores Marii, qui eam habuerit in bello Cimbrico.

§. 3.

Quæ Manipulorum Signa olim fuerint, ipſa vox illa indicat. Nam cum perticis fæni manipulos ſeu ſtraminis ſuſpenſos ferrent, illa ipſa manus, quæ ea ſigna ſequebatur, dicti ſunt manipuli. Hinc Poëta:

> *Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos,*
> *Unde maniplaris nomina miles habet.*

Sed hæc ruſtica abolita ſunt. Poſterior forma fuit haſta, in cujus apice transverſum lignum formam crucis affinxit, & ſæpo cum manu ſupra eminente, quæ adludebat ad manipuli vocem. Etiam orbiculos quosdam vel clypeolos, infra crucem haſtæ adnexos, nummi & lapides paſſim oſtendunt. Signa illa referebant ex auro & argento conflatas imagines, Deorum primo, deinde & Imperatorum.

rum. Tertullianus. Omnes illi imaginum ſuggeſtus in ſignis monilia crucium ſunt. Referebant primo imagines Deorum, Martis, Romuli & aliorum, qui opinione gentilium præſides belli cenſentur, qui in nummis ante Principum ævum conſpiciuntur. Deinde ipſorum Imperatorum imagines præ ſe ferebant Manipuli. Sic Druſi imago inter Signa, apud Tacitum *Lib. I.* Annal. *Tua dive Auguſte cœlo recepta, mens tua Pater Druſe imago.* Arrianus in Diſſert. Epicteti.

Τὰ σημεῖα τῆς ἐπιλέκτυ ςρατιᾶς, ἀετοὶ, εἰκόνες βασίλειοι, ςέμματα, πάντα χρυσᾶ, ἀνατεταμένα ἐπὶ ξυςῶν ἠργυρωμένων: *Signa ſelecti exercitus (i.e. legionum) aquilæ, imagines Principum, vexilla, omnia aurea, extenſa in haſtis argentatis.* Quamvis ſigna olim etiam ex argento confecta legamus; cauſam adfert Plinius Lib. XXIII. Color argento clarior eſt, magisque diei ſimilis: & ideo militaribus ſignis familiarior, quoniam is longius fulget. Hæc ſigna poſtea Chriſtiani Imperatores tollebant,

§. 4.

AN Polybii ævo *Cohortes* quoque Signa propria habuerint, non liquet. Occurrunt quidem in Tacito & Livio diverſa loca, quæ inſinuare videntur, ſingulis

lis cohortibus propria ſigna fuiſſe. Verum Lipſius L. IV. Dial. V. putat, loca accipi poſſe de Signis ipſis Manipulorum, qui ſcilicet faciunt cohortem. Niſi placeat, Signum cohortis dici ipſum illud Triariorum, quod nimirum digniſſimum erat. Verum inferiore ævo; quo multa innovata ſunt, ex Vegetio colligimus, ſingulis cohortibus fuiſſe ſuos Dracones. De quibus infra.

§. 5.

Signa equitum propria fuerunt Vexilla. De illis Livius Lib. VIII. *Vexilla ſe ſuorum parmasque cernere equitum*; de Romanis equitibus dicit. Idem de Sociis: *inferre vexillarios juſſit Signa.* Vexilla autem erant vera quædam quadra & expanſa ad haſtam; ſed vela modica, ut in monumentis comparent. Ad ejus formam accedunt templorum vexilla quæ in luſtratione proceſſibus anteferuntur a Pontificiis. Georgius Cedrenus: Βιξιλλατίωνες, οἱ Ῥωμαίων ἱππεῖς, καὶ βίξιλλα, παραπετάσματα ἐκ πορφύρας καὶ χρυσοῦ, εἰς τετράγωνον σχῆμα πεποιημένα. Ταῦτα ἐξαρτῶντες ἐπὶ μακρῶν δοράτων, κυκλῷ παραπορευόμενοι τῶν βασιλέων καταισκέπουσιν αὐτούς· εἶεν δ᾽ ἂν τὰ λεγόμενα Φλάμουλα: *Vexillationes Romanorum equites. Vexilla paſſim panni ſeu vela e purpura & auro, in quadratam formam effecta. Hæc adaptantes longis ba-*

haſtis, circum Principes in orbem euntes, eos tegunt. Sint autem illa, quæ nunc Flamulæ dicuntur. Atque his vexillis, ſed & ſignis aliis, nomen Principis inſcriptum. Suetonius in Veſpaſiano Cap. 6. Adſenſere cuncti, nomenque ejus vexillis omnibus ſine mora inſcripſerunt. Dio Lib. XL. Σημεῖον δέ τι τῶν μεγάλων τοῖς ἱστίοις ἐοικότων, καὶ Φοινικᾶ γράμματα ἐπ' αὐτοῖς πρὸς δήλωσιν τοῦ τε στρατοῦ καὶ τοῦ στρατηγοῦ σφῶν τοῦ αὐτοκράτορος ἐχόντων, εἰς τὸν ποταμὸν ἀπὸ τῆς γεφύρας περιτραπὲν ἐνέπεσε. *Vexillum quoddam ex illis magnis, quæ velorum ſunt ſimilia, & quæ puniceas literas inſcriptas habent, ad notitiam exercitus & ſummi ejus Imperatoris, id tale in flumen e ponte inverſum decidit.* Inde apparet, nomen Principis ſive Imperatoris non aureis, ſed puniceis literis inſcriptum ſive acu textum eſſe: ſecundo, vexilla ipſa tunc non punicea, ſed candidi coloris fuiſſe: tertio Dionis locum capiendum de Imperatorum quodam Signo, quod poſterior ætas Labrum dixit.

Polyb. §. 6.

VExilla exhibebant Draconum imaginem, quorum originem Iſidorus Lib. XVII. derivat a Phœbo: *Draconis ſigna*, inquit, *ab ipſo Apolline morte Draconis inchoata, dehinc a Græcis & Romanis in bello geſtari*

ri cœperunt. Dracones falſo tribuit Græcis: quippe hac de re altum eſt ſilentium apud Hiſtoricos Græcos. Aliæ autem gentes Draconibus ſunt uſi; e. g. Aſſyrii & Perſæ. Johannes Curopalutes de offic. Conſtant. *Cyrus*, inquit, *ut Medorum principatum adeptus eſt, Aſſyriis quoque bellum intulit, & ab iis cepit* τὸ καβδάδιον καὶ τὸ δρακόντειον φλάμουλον: *tunicæ genus & Draconis vexillum.* Porro Scythas Draconibus uſos, apud Suidam incertus ſcriptor tradit: Σημεῖα σκυθικὰ ἃ φέρουσιν ἐν τῷ πολέμῳ ὑφάσματά εἰσι βαφῇ πεποικιλμένα, ἃ εἰς ἰδέαν μάλιστα ὄφεων εἴκασται καὶ ἀπῃώρηνται κόντων συμμέτρων: *Signa Scythica, quæ ferunt in bello, ſunt vela vel textili colore variegata, quæ in ſpeciem maxime ſerpentium aſſimilatæ ſunt, & ſuſpenſa e mediocribus haſtis.* Scytharum ergo etiam fuerunt Signa, quorum pars aut confines cum ſint Daci, quid miror, eos quoque vulgo uſurpaſſe, a quibus Romani bello illo Dacico ſumſerunt, ut fit, imitatione. Niſi quis tamen a Perſis magis petat, cum in Vopiſci Aureliano legamus, inter ſpolia a Zenobia capta & traducta, etiam Perſicos Dracones fuiſſe. Qui illa ſigna præferebant, *Draconarii* ſunt appellati. Sic Vegetius Lib. II. c. 13. notat. *Dracones per ſingulas cohortes à Draconariis ferri.* Num illi Dracones in velo ſic depicti fuerint, an acu texti aut potius corpus totum ſolidum e pannis & ſubtegmi-

mine factum, non facile dixeris. Lipſius exiſtimat, ſolidum corpus fuiſſe, his rationibus inductus, quod in columna Trajani corpora ſolida, non imagines Draconum, cernuntur: tum quod illis ab incerto ſcriptore, qui Draconem illum exprimit apud Suidam, longitudo & profunditas datur, denique quod ſibilaſſe eos, concepto vento, ſcribit Ammianus: Hiatu, inquit, vaſto perflatiles, & ideo velut ira perciti, ſibilantes.

§. 7.

ALia Vexilla oſtenderunt Lupum, nimirum originem Romani Parentis. In Appiano II. Civ. legimus, elephantem etiam inter ſigna legionis cujusdam fuiſſe. Ἡ δὲ στρατιὰ τοῦ καίσαρος εἰς τοσοῦτον ἀνεθάῤῥησεν, ὡς τὸ πεμπτὸν τέλος, αἰτήσαν, ἀντιταχθῆναι τοῖς ἐλέφασι, κρατῆσαι πάνυκαρτερῶς, καὶ νῦν ἀπ' ἐκείνου τῶδε τῷ τέλει ἐλέφαντες εἰς τὰ σημεῖα ἐπίκεινται. *Exercitus Cæſaris ita animo confirmatus eſt, ut quinta legio poſceret opponi elephantis, eosque egregie vicerit, ac nunc etiam ea de cauſa elephantes in ſigna hujus legionis conſtituuntur.*

Hæc Signa militaria Romani habuerunt ſacra, per ea jurarunt, & ea unicos bellorum Deos coluerunt. Bono conſilio, ut religione ani-

animos imbuerent, & ſignorum non amore tantum, ſed & veneratione. Ergo firmius ea adſervabant, & fortius amiſſa recuperabant. Quoties legimus, integras acies jam fluctuantes jam recedentes, reſtitutas & impulſas, ſignis in hoſtem jactis. Suadebat enim repetere non pœna tantum, quæ manebat, iis amiſſis, ſed etiam pudor aut religio, & quaſi Deos ac ſacra prodidiſſent. Pœnæ exempla in Livio Lib. II. *Inermes milites, ſigno amiſſo, ſigniferos, duplicariosque, qui reliquerant ordines, virgis cæſos ſecuri percuſſit.* In Dionyſio Lib. IX. *Quidam e Ducibus ſigna ſuis erepta in hoſtes jecerunt, ut languidioribus aut timidioribus ex neceſſitate robur imprimerent, ſcientibus, quod iis qui ſigna non retuliſſent, cum ignominia eſſet moriendum.* Religionis exempla in Tertulliano Apol. Religio tota caſtrenſis ſigna veneratur, ſigna jurat, diis omnibus præponit. In rebus ipſis; quod perfugium illic ut in ſacris. Tacitus I. Annal. Signa & Aquilam amplexus, religione ſeſe tutabatur. Vide varias Signorum militarium Formas & Fig.

§. 8.

IAm de Inſtrumentis Muſicis militiæ deſtinatis erit agendum, quæ ſunt *Tuba*, *Lituus*, *Cornu*, *Buccina*, *Tympanum*. *Tuba* erat

erat inſtrumentum, cujus ſonus excitaverat milites ad prœlium. Ejus forma erat talis, qualis apud nos hodie cernitur. Ære directo ducta eſt, canali ad exitum latiore. Ovidius eam diſcernit a cornibus:

Non tuba directi, non æris corna flexi.

Propertii verſus: *Et ſtruxit querulas rauca per oſſa tubas*: anſam dedit nonnullis, exiſtimantibus, tubas ex cornibus eſſe ſtructas, aliis autem, ratis, in ipſa tuba oſſeum aliquid fuiſſe, quod inſitum aut impactum eſſet ad ſonorem. His Artemidorus patrocinari videtur Lib. I. c. 58. σύγκειται (ἡ σάλπιγξ) ἐξ ὀςέε καὶ χαλκε: *compoſita eſt tuba ex oſſe et ære.* Hæc erat Tuba militaris excitandis (ut Chabotius in Comment. ad Hor. Od. I. L. I. Carm. dicit,) gravi ſono peditibus deſtinata, ſicuti lituus acuto ſono proprie movebat equites. Alia tuba erat ſacra. Varro de ea: Tuba a tubis, quod etiam nunc ita appellant tubicines ſacrorum. Deducit a tube, ſive canali, quem referebat. Suidas: σάλπιγξ ἱερατικὸν τῦτο ὄργανον· Ἱερεῖς γὰρ ἐχρῶντο τῇ σάλπιγγι: *Tuba ſacrum inſtrumentum, ſacerdotes enim utebantur tuba.* Tuba digniores tantum canere ſolebant. Dio Lib. LVIII. *Norbanus conſul tuba canere ſolitus & in ea re multus, prodigium tamen fecit, quod ipſis Kalendis anni cecinit, quaſi belli ſignum dediſſet.* Tuba etiam

inſerviebat mortuis ſepeliendis; ſed mortuis nobilioribus, qua tanquam claſſico populus convocabatur, quod ipſum in militibus decore ſervatum, ut ii ſepelirentur ad bellicum hoc inſtrumentum. Tertullianus de Corona militis: *Et mortuus tuba inquietabitur æneatoris?* Hyginus ita dicit: Tyrrhenus Herculis filius tubam invenit, qui concha pertuſa buccinavit, & pagum convocavit, teſtatique ſunt, ſe mortuum ſepulturæ tradere. Unde tuba Tyrrhenum melos dicitur. Athenæus Lib. IV. aſſerit. Τυῤῥηνῶν εἶναι εὕρημα κέρατά τε καὶ σάλπιγγας, i. e. *Cornua & buccinas & tubas eſſe inventum Tyrrhenorum.* Etymologicum tamen magnum inventum tribuit Minervæ, διὰ τὸ, inquit, πρῶτον αὐτὴν εὑρεῖν σάλπιγγα καὶ ἱδρύσασθαι σάλπιγγας Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἐν Ἄργει: *quia dicitur ea primum inveniſſe tubam, & templum apud Argivos de cognomine Palladis tubalis conſtructum eſſe.* Fortaſſe alia eſt Tuba illa Græca, cujus inventrix celebratur Minerva, alia illa Tyrrhenica, quam volunt eſſe Romanam, ut innuere videtur Euſtathius in Iliad. ξ. ille adnotat, Homerum quidem Tubam noviſſe, nusquam tamen heroibus tribuiſſe, quia nondum tunc in uſu Græcorum. Facit autem ſex ejus genera, *primam, quam Minerva invenit, quæ etiam Argivis colitur hoc cognomento,* Σάλπιγξ ἀθηνᾶ: *Alteram apud Ægyptios quam Oſiris reperit, quæ Chnove dici-*

tur

tur ipſis,utunturque ad ſacrificia. Tertiam, Gallicam, conflatilem, haud nimis magnam, quæ os habeat deformatum in beſtias, & canalem ipſum plumbeum, in quem inſpirant Tubicines: atque eſſe eam acuti ſoni. Vocatur autem ab ipſis Gallis Carnyx. Quartam Paphlagonicam cujus os effigie bovis, gravi mugitu, ſurſum inflandam. Quintam, Medicam, e calamo tubum habentem, gravi ſono, Sextam, Tyrrhenicam, cujus inventores Tyrrheni, quæ ſimilis tibiæ Phrygiæ, habens orificium ſciſſum aut fractum. Ea valde acuta eſt.

§. 9.

L*ituus* eſt inſtrumentum Muſicum in bello uſitatum, a cornu & tuba diverſum, Hor. L. I. Od. I.

> *Multos caſtra juvant, & lituo tubæ*
> *Permiſtus ſonitus.*

Seneca dicit adunca eos eſſe forma, quæ in Tuba recta fuit, in Oedipo:

> *Sonuit reflexo claſſicum cornu,*
> *Lituusque adunco ſtridulos cantus*
> *Eliſit ære.*

Feſtus: Lituus inde dicitur, quod litis ſit teſtis; eſt enim genus buccinæ incurvæ, qua qui cecinerit, dicitur Liticen, Ennius: *Li-*

 tuus

tum ſonitus effudit acutos. Ex quibus colligimus, grandem aut patulum canalem hunc non habuiſſe. Fuit igitur medium aliquid inter Tubam & cornu: non rectum prorſus ut illa, nec totum incurvum, ut Cornu.

Buccina fuit initio Cornu bovillum, nec male a bove derivatur, & inſtrumentum, quod bobus canit, aut quod boves vocat. Varro tamen Buccinatorem a vocis ſimilitudine & cantu dictum mavult, quia Bon Bon canit. Hæc poſtea ex ære facta, forma tamen antiqua retenta. Communi notione Latina & tubicines & cornicines & buccinatores appellabantur Æneatores, qui illis inſtrumentis cecinerunt, cum ea omnia ex ære eſſent facta; Græce autem σαλπιγκταί.

His inſtrumentis annumeratur etiam *Cornu.* Varro: Cornua, quod ea, quæ nunc ſunt ex ære, tunc fiebant ex bubulo cornu. Prima origo a cornibus & paſtorum inſtituto, qui convocarunt pecus aut boves. Columella Lib. IV. *Ad ſonum buccinæ pecus ſepta repetere conſueſcat.* Ergo olim nihil diſcriminis inter Buccinam & Cornu; ſed poſtea fuit, & Cornua dicebantur iſta grandiora ex ære facta, & magis reflexa; quæ in lapidibus apparent. Diſtinguit & Vegetius aperte Lib. I. c. 7. Tubicines, Cornicines, Buccinatores,

qui

qui vel tuba, vel ære recuruo vel buccina committere prælium ſolent. Sine dubio in exercitu multi fuerunt æneatores, & forſan cuique munipulo aut turmæ ſui. Salluſtius de Mario: *Cohortium, turmarum, legionum tubicines ſimul omnes canere jubet.* Cum ſigna omnia pariter canunt, Claſſicum dicitur, de quo infra.

§. 10.

Tympanorum uſum neſciverunt Romani. Nam nullus ſcriptor illis unquam adſignavit tympana; imo in convicio apud illos Tympanotriba. (in Plauto) & Galli matris deûm, i.e. eſt effoeminati pulſabant. Vetera tamen tympana ab ipſo Baccho, & in eo fere choro relicta & apud molles. Poliænus Lib. I. Strat. de Baccho, ejusque rebus: καὶ κυμβάλοις καὶ τυμπάνοις ἐσήμαινεν ἀντὶ σάλπιγγος, *Et cymbalis & tympanis ſignum dedit, loco tubæ.* Et ab eo fortaſſis eſt, quod in bello uſi etiam Indi. Curtius memoriæ prodit Lib. VIII. Indos in bello uſos eſſe illis. *Indi Tympana ſuo more pulſantes:* iterum: *Poſt elephantos Porus peditem poſuerat & ſagittarios tympana pulſare ſolitos, id pro cantu tubarum Indis erat.* Menander hiſtoricus: οἱ δὲ Ἄβαροι κατὰ τὴν τοῦ πολέμου κίνησιν ἐβούλον-

το ἦχον ἐγεῖραι ξυμμιγῆ τε καὶ ἄγριον, ἔτι τε ἐκ ξὺν τῷ ἀλαλάγματι ἐπιδουπῆσαι τοῖς τυμπάνοις: *Abari initio prælii ſtatuerunt excitare mixtum quendam & ferum ſonum, ſimulque cum barritu perſonare tympanis.* Ut in Suida deſcribuntur, diverſa illa Indorum fuere a noſtris, & eam formam referebant, cujusmodi hodie equeſtria Germanorum vel Afrorum tympana cernuntur. Horum Inſtrumentorum Muſico-bellicorum diverſas Formas exhibet p.

Polyb. §. 11.

Τοιαύτην δὲ ποιησάμενοι τὴν διαίρεσιν οἱ χιλίαρχοι καὶ ταῦτα παραγγείλαντες περὶ τῶν ὅπλων, τότε μὲν ἀπέλυσαν τοὺς ἄνδρας εἰς τὴν οἰκίαν, Παραγενομένης δὲ τῆς ἡμέρας, εἰς ἣν ὤμοσαν ἀθροισθῆναι, πάντες ὁμοίως εἰς τὸν ἀποδειχθέντα τόπον ὑπὸ τῶν ὑπάτων (παραγίνονται.) Τάττει δ' ὡς ἐπίπαν ἑκάτερος χωρὶς τὸν τόπον τοῖς αὐτῷ στρατοπέδοις. Ἑκα-

Verſio Latina.

Tribuni militum poſtquam hujusmodi partitionem inſtituerunt, & hæc de armis mandata dederunt, unumquemque domum remittunt. Ubi vero dies adeſt, ad quem ſe conventuros jurarunt, omnes ſimul eo, quem deſignavit Conſul, loco adſunt. Separatim autem uterque Conſul locum ſuis legionibus ad conve-

καθέρῳ γὰρ δίδοται τὸ μέρος τῶν συμμάχων, καὶ δύο τῶν Ρωμαϊκῶν ςρατοπέδων. Παραγίνονται δὲ πάντες ἀδιαπτώτως οἱ καταγραφέντες, ὡς ἂν μηδεμιᾶς ἄλλης συγχωρουμένης προφάσεως τοῖς ἐξορκισθεῖσι, πλὴν ὀρνιθείας καὶ τῶν ἀδυνάτων.

veniendum edicit. Utrique enim eorum pars auxiliorum tribuitur & Romanæ legiones duæ. Adveniunt autem omnes, qui ſunt conſcripti, indubitanter & neceſſario: quippe alia nulla prorſus eorum, qui ſacramento obſtricti ſunt, excuſatio admittitur præter augurium & ea, quæ ſunt impoſſibilia.

Παραγίνονται) hoc verbum, quod in Græco deerat, addidi ad explendum ſenſum.

Commentatio.

AD conveniendum) Conventus quatuor modis intelligitur. Uno, cum quemlibet hominem ab aliquo conventum eſſe dicimus. Altero, cum ſignificatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in unum locum. Tertio, cum a magiſtratibus judicii cauſa populus congregatur. Quarto, cum aliquem in locum frequentia hominum ſupplicationis aut gratulationis cauſa colligitur. Hæc Feſtus Pompejus. Adde quintum, conventum militum.

Augurium) Augurium dictum eſt vel ab avium garritu, vel ab avibus gerendoque, quia per eos avium geſtus educuntur. Illud ita definit Servius in III. Æn. *Augu-*

rium eſt exquiſita Deorum voluntas per conſulationem avium aut ſignorum : id tunc peti debet, cum id quod animo agitamus, per augurium a Diis volumus impetratum. Unde Augures, qui omina explicare ſoliti ſunt. Vetuſtiſſima fuit augurum diſciplina, & a chaldæis atque Græcis jam uſurpata, præcipue vero floruit in Hetruria, unde & ad Latinos & Romanos pervenit. Romulus primum Augures inſtituit, quia & ipſe excellens augur fuiſſe dicitur. Tres Augures ille conſtituit ex tot tribubus lectos. Tullius, qui in quatuor tribus urbem diviſit, quartum etiam augurem addidit. Sequenti tempore Tribuni plebis Q. & Cn. Ogulvii fratres ad populum tulerunt, ut ex populo adderentur, quod tandem magnis contentionibus obtinuerunt, & ſic IX. fuere augures. Sulla denique collegium eorum auxit, usque ad XV. ille qui major inter hos erat natu, Magiſter collegii appellabatur. Officia Augurum omnia comprehendit Cicero in lege Augurali, quam habes Lib. II. de Legibus: *Interpretes*, inquit, *Jovis optimi Maximi. Publici Augures ſignis & auſpiciis poſtea vidento, diſciplinam tenento : Sacerdotes vineta, virgetaque & ſalutem populi auguranto, quique agent rem duelli (belli) quique populare auſpicium, præmonento : Ollique obtemperanto : divorumque iras providento, iisque parento : cœlique fulgura regionibus ratis temperamento. Urbemque & agros & templa liberata & effata habento, quæque Augur injuſta, nefaſta, vitioſa, dira dixerit, irrita infectaque ſunto : quique non paruerit, capitale eſto.* Augurum Officium erat perquam honorificum; quia arte ſua maxima in Republica negotia vel impedire poterant, vel ea promovere: tum quia nunquam poterant loco moveri, quamvis aliquid commiſiſſent, ob quod potuiſſent judicis cenſuram incurrere. Id quod patet ex Ep. VIII. Lib. IV. Plin. *Gratularis mihi quod acceperim Auguratum. Jure gratularis. Primum, quod graviſſimi Principis judicium in minoribus etiam rebus conſequi pulchrum eſt : deinde quod Sacerdoti-*

um

um ipſum cum priſcum & religioſum, tum hoc quoque ſacrum plane & inſigne eſt, quod non adimitur viventi.

Cæſar, cum ex captivis quæreret, quamobrem Arioviſtus prælio non decertaret, hanc reperiebat cauſſam quod apud Germanos ea conſuetudo eſſet, ut matres familias eorum ſortibus & vaticinationibus declararent, utrum prælium committi ex uſu eſſet, nec ne: eas ita dicere. Non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante novam lunam prælio contendiſſent. Quemadmodum Germani olim vanæ ſuperſtitioni obnoxii, novilunium, antequam præliarentur, expectabant, ita Romani ſuperſtitionis ethnicæ non expertes, omnia negotia, præcipue publica, augurio inceperunt, adeoque ii, qui dicto die non aderant, veniam facile impetrarunt, qui abſentiæ ſuæ excuſationem religionis, ſive triſtioris augurii obtendebant.

Polyb. §. 12.

Ἀθροισθέντων δὲ καὶ τῶν συμμάχων ὁμοῦ τοῖς Ῥωμαίοις τὴν μὲν οἰκονομίαν καὶ τὸν χειρισμὸν ποιοῦνται, τούτων αὐτῶν οἱ καθεσαμένοι μὲν ὑπὸ τῶν ὑπάτων *ἄρχοντες, προσαγορευόμενοι δὲ πραιφέκτοι, δώδεκα τὸν ἀριθμὸν ὄντες.

Verſio Latina.

Ubi cum Romanis Socii etiam ſunt congregati, omnia inter illos adminiſtrant, & ſuum cuique munus diſponunt viri a Conſulibus conſtituti, quos vocant præfectos numero duodecim.

*Ἄρχοντες) Laſcaris vertit Principes; Lipſius Duces.

Commentatio.

VBi cum Romanis Socii ſunt congregati) ii ſcilicet Socii, qui jungi duabus legionibus & uni Conſuli debebant.

Omnia inter illos adminiſtrant) hoc ſibi vult: illi Præfecti non ſolum ſuos per cohortes & centurias diviſerunt, ſicuti cives ſuos Tribuni: ſed etiam minores duces, Centuriones & turmarum præfectos deſignaſſe videntur.

Viri a Conſulibus conſtituti) hoc ad Rem Romanam & ſecuritatem valde pertinebat, ut Conſulum arbitrio præcipue duces conſtituerentur. Hoc modo, dum Sociis Romani ipſi duces dederunt, non ſuſpectos, ſed fideles, omni motui & rebellioni obicem poſuerunt.

Quos vocant præfectos) occurrunt etiam *Alarum* aut *Cohortium præfecti*, qui diverſi ab iſtis, quos hic nominat Polybius. Nam hi noſtri, ut numero, ſic jure & poteſtate Tribunis pares, & qui eadem omnia in Socios uſurpabant, quæ illi in cives. Ipſos præfectos cohortium inferioris ævi puto eſſe, cum auxilia, ſociis in cives receptis, ſunt inſtituta. De Alarum præfectis legitur in Suetonio, cap. 38. *Militiam auſpicantibus non Tribunatum modo Legionum; ſed & Præfecturas Alarum dedit; ac ne quis expers caſtrorum eſſet, binos plerumque Laticlavios præpoſuit ſingulis Alis.*

CA-

CAPUT IV.

Περὶ τοῦ κατὰ τὰς στρατοπεδείας χειρισμοῦ τῶν δυναμέων.

De diſpoſitione legionum in caſtrametationibus.

Polyb. §. 1.

Τούτων δ᾽ εὐπρεπῶς γενομένων, παραλαβόντες οἱ χιλίαρχοι τοὺς Ῥωμαίους ὁμοῦ καὶ τοὺς συμμάχους, καταστρατοπέδευσαν, ἑνὸς ὑπάρχοντος παρ᾽ αὐτοῖς θεωρήματος ἁπλοῦ περὶ τὰς παρεμβολὰς, ᾧ χρῶνται πρὸς πάντα καιρὸν καὶ τόπον. Διὸ καὶ δοκεῖ μοι πρέπειν τῷ καιρῷ, τὸ πειρασθῆναι καθόσον οἷόν τε τῷ λόγῳ τοὺς ἀκούοντας εἰς ἔννοιαν ἀγαγεῖν τοῦ κατὰ τὰς πορείας καὶ στρατοπεδείας καὶ παρατάξεις χειρισμοῦ τῶν δυνάμεων. Τίς γὰρ οὕτως ἐστὶν ἀπεοικὼς πρὸς τὰ καλὰ καὶ σπουδαῖα τῶν ἔργων,

Verſio Latina.

His rite paratis, accipiunt Tribuni Romanos æque ac Socios, & caſtra ponunt. Eſt autem apud illos una eademque caſtrametandi ratio, quo omni tempore & loco utuntur. Propterea mihi jam videtur incumbere, ut quantum ejus fieri verbis poterit, efficiam, quo audientes modum cognoſcant, diſponendi copias in itinere, metandi caſtra & inſtruendi aciem. Nam quis adeo alienus eſt ab iis, quæ pulchra ſunt & honeſta,

γων, ὃς οὐκ ἂν βουληθείη μικρὸν ἐπιμελέστερον ἐπιστῆσαι. περὶ τῶν τοιούτων; ὑπὲρ ὧν ἅπαξ ἀκούσας, ἐπισήμων ἔσται πράγματος ἑνὸς τῶν ἀξίων λόγου καὶ γνώσεως.

ſta, ut paulo accuratius animum iſtis nolit intendere? quæ ſi ſemel perceperit, rei inter alias memorabilis ac ſcitu dignæ evadet peritus.

'Ευπρεπῶς) Lipſ. 'ευπρεπῶν Caſaubonus 'ευτρεπῶν.

Commentatio.

CAſtra ponunt) Caſtra re ipſa erant Gymnaſium, palæſtra, ſedes imo & domicilium diſciplinæ. Munia, opera, exercitia, præmia, pœnæ ſunt in caſtris: uno verbo: hic regitur miles & formatur. Quæ diſciplina ſane ſingulare ſpecimen Romanæ prudentiæ dedit, quam tanquam rem unam omnium cognitione digniſſimam extollit Polybius. Juncti Cives & Socii nullam noctem ſine caſtris agebant, & ſemper ligneis terreisque iſtis mœnibus, ut in urbe fuerant cincti. Quod inſtitutum non erat novum; ſiquidem ſi fides habenda Livio & Dionyſio, jam ſub Regibus & ſtatim poſt eos, caſtra ponere, eaque vallo & foſſa munire ſolebant. *Philippus Macedonum Rex*, narrante Livio, Lib. XXXI. *ſubjecta cernens Romana caſtra, admiratus eſſe dicitur & univerſam ſpeciem caſtrorum; & deſcripta ſuis quæque partibus, tum tendentium ordine, tum intervallis: & negaſſe Barbarorum ea caſtra ulli videri poſſe.* Idem hoc Pyrrho Epirotæ Plutarchus adſcribit: Τάξιν τε καὶ φυλακὰς καὶ κόσμον Ῥωμαίων καὶ σχῆμα τῆς στρατοπεδείας ἐθαύμασε. Καὶ τῶν φίλων προσαγορεύσας τὸν ἐγγυτάτω· Τάξις μὲν, εἶπεν, ὦ Μεγάκλεις, αὕτη τῶν βαρβάρων οὐ βάρβαρος: *Ordinem & ſtationem & diſpoſitionem Romanorum & figuram ipſam caſtrorum*

rum admiratus eſt, & proximum amicorum affatur, ô Megacles, inquit, hic ordo barbarorum, non eſt barbarus. Quæ ſi vera ſunt, falſus eſt Frontinus Lib. IV. c. 1. adſerens, *Romanos imitando Pyrrhum caſtra ſua in hunc ordinem digeſſiſſe.*

Una eademque caſtrametandi ratio) Græci pro locis & temporibus mutabant caſtrorum formam. Romanis autem eadem caſtra erant, niſi quod minora vel auctiora ſpatio, pro numero legionum ponerent. Aliàs ſemper quadrata, ſemper portæ & ſectiones, ſemper tabernacula ducum & militum eodem ſitu cernebantur. Hinc utiliſſima illa caſtrorum notitia, & prævisa & invenienda militibus omnia, ſicut civibus in aliqua Urbe. Romanis autem caſtra fuerunt duplicata Æſtiva & Hiberna.

Caſtra Æſtiva mobilia erant & æſtatis ſive expeditionis tempore, in unam ſæpe noctem ſtructa. Quæ iterum duplicia, a moræ manſioniſque differentia. Si enim una alteraque, aut omnino paucæ noctes in iis agendæ, ſine alia additione *Caſtra* dicebant, aut *Manſiones* etiam poſteriore ævo. Si diutius ſubſiſtendum, ab ipſa re *Stativa*, aut Stativas. In Suetonio Æſtiva habes: *obiit in caſtris Æſtivis, quæ ex eo Scelerata ſunt appellata.* *Stativa* in Livio, ſub Rege Tarquinio: In iis *Stativis, ut fit, longo magis quam acri bello.* Dixi & *Stativas* appellari, & intelligunt Sedes. Verba edicti Alexandri Imperatoris apud Lampridium: illa die, illa hora, ab urbe ſum exiturus, & ſi Dii voluerint, in prima manſione manſurus. Deinde per ordinem manſiones, deinde Stativæ. Sedes dixi intelligi; & ipſa ea vox pro caſtris ponitur. Vegetius: Eruditi in Sedibus milites: Ammianus: Militares numeri deſtinatas remearunt Sedes.

Caſtra Hiberna Vopiſcus Hiemalia appellavit. Tuum eſt illic hiemalia & æſtiva diſponere, ubi tuis nihil deerit,

erit. Illorum origo in Livio, bello Vejenti: Hibernacula etiam, res nova Romano militi, ædificari cœpta. Annæus Florus Lib. I. cap. 12. *Tum primum biematum ſub pellibus, taxata ſtipendio biberna.* Id fuit ſub annum Urbis CCCLVIII. Etſi Livius & Cæſar, Pelles removere & ſejungere ab Hibernis videntur. Ille Lib. XXXVIII. *inſtare biemem, aut ſub pellibus milites habendos fore; aut ſi concedere in Hiberna vellent, differendum in æſtatem bellum.* Cæſar Lib. III. *Hujusmodi tempeſtates conſecutæ ſunt, ut continuatione imbrium, diutius ſub pellibus milites contineri non poſſent.* Stativa illa ſint ſub Pellibus: Hiberna, in oppidis aut caſtris; quæ tabernaculis & alio opere accuratius inſtructa. Et merito, tum contra cœli injurias, tum quia uſui plura neceſſaria in diuturna mora. Itaque hæc talia, fortaſſe & Stativa, partes ſive membra habent magis diſtincta, ut Armamentarium, Fabricam, Noſocomium & ſiquid aliud. Imo revera inſtar oppidorum ſæpe ſtruebantur, præſertim in finibus imperii, ubi perpetuæ ſtationes & prætenturæ contra hoſtem. E. g. in Euphratis; Danubii, Rheni ripa; Et ab his Hibernis derivanda eſt nobilium aliquot hodie oppidorum origo. Lipſius inſuper autumat, ea eſſe Proceſtria, quorum crebra fit mentio in Scriptoribus antiquis; ſiquidem illa annexa fere fuerant Hibernis aut Stativis, ut eo reciperentur lixæ, advenæ, & alii caſtra ſecuti. Miſceri enim eos militibus, Romani noluerunt. Cæſar pro hac conſuetudine, cum Germanos equites ſubito ſcribit ad caſtra advolaſſe, Lib, VI. pergit: *Nec prius ſunt viſi, quam caſtris appropinquarent, usque eo, ut qui ſub vallo tenderent mercatores, recipiendi ſui non haberent facultatem.* Manifeſto ſignificat lixas, i. e. mercatores & id genus, ſub caſtris tetendiſſe, non in caſtris; & receptum denique in ea habuiſſe, hoſte inſtante.

Diſponendi copias in itinere, metandi caſtra & inſtruendi

di aciem.) Auctor pollicetur, ſe deinceps dicturum de Agmine ducendo, Caſtris ponendis & Acie inſtruenda. Priora duo ita exequitur, ut primum loquatur de Caſtris, tum de Agmine ſeu Profectione; tertiam vero partem, quæ pertinet ad inſtruendam Aciem, negligenter omiſit; aut (quod credibilius) temporum injuria & exſcriptorum culpa ſubduxit, quem tamen defectum Livius infra p. 309. utcunque ſupplebit.

Polyb. §. 2.

Ἐστι δὲ τὸ γένος αὐτῶν τῆς στρατοπεδείας τοιόνδε· Τοῦ κριθέντος ἀεὶ τόπου πρὸς στρατοπεδείαν, τούτου τὸν ἐπιτηδειότατον εἰς σύνοψιν ἅμα καὶ παραγγελίαν ἡ τοῦ στρατηγοῦ σκηνὴ καταλαμβάνει. Τεθείσης δὲ τῆς σημαίας, οὗ μέλλουσι πηγνύναι ταύτην, ἀπομετρεῖται πέριξ τῆς σημαίας τετράγωνος τόπος ὥστε πάσας τὰς πλευρὰς ἑκατὸν ἀπέχειν πόδας τῆς σημαίας, τὸ δὲ ἐμβαδὸν γίνεσθαι τετράπλεθρον.

Verſio Latina.

Est autem caſtrametatio Romanorum hujusmodi. Quoties locus caſtris eſt captus, partem illius, quæ ad proſpiciendum & dandum mandata fuerit accommodiſſima, Prætorium occupat. Signo autem poſito, ubi Prætorium ſunt fixui, ſpatium quad atum circa illud ſignum ita metiuntur, ut ab eo latera omnia centum diſtent pedes, ac jugerum quatuor fiat area.


Com-

Commentatio.

PRætorium occupat) Honoris & decentiæ cauſa primo Duci primus adſignatur locus, & quidem talis, qui liberum undique aſpectum & proſpectum dabat, e quo dari mandata & audiri poterant; ſiquidem Allocutio militum & Signi ad pugnam propoſitio circa Prætorium aut ſuper ipſum facta eſt. Deinde ea ipſa res ad majeſtatem aliquam & vim imperii faciebat, eminere loco, qui dignitate eminebat. *Prætorium* autem eſt ſummi Ducis aut Imperatoris tabernaculum, quam Latinam vocem Polybius duplici interpretatur, τῦ ςρατηγῦ σκηνὴν, *tabernaculum Prætoris*. Etſi Græci quoque ſimpliciter ςρατήγιον, quaſi *imperatorium aut Prætorium* dicunt. Cur Latinis Prætorium dicatur, hanc affert rationem Feſtus: *Initio Prætores erant, qui nunc Conſules, & ii bella adminiſtrabant, quorum Tabernaculum quoque dicebatur Prætorium.* Auguſtæa ætas videtur & hoc *Auguſtale* dixiſſe, ut quidem in Fabio legimus Lib VIII. c. 2. *Carmen funebre, proprie Nenia; & tabernaculum ducis, Auguſtale.* Fortaſſe ab Auguſtis ita dictum, qui in in eo tendebant. Aliter autem etiam Latinis vox Prætorii; nec pro loco ſolum, ſed & pro conventu & hominibus, qui in eo loco. Hoc ſenſu Prætorium dimittere dicunt, quod idem eſt, ac Curiam dimittere aut Senatum. Livius Lib. XXX. *Tribunus edicit, ut ubi Prætorio dimiſſo, ſigna concinuiſſent.* Idem iterum: *Fulvius dimittens Prætorium, Tribunis militum imperat.* Quæ miſſio ſemper ad horam & ſtatutum tempus eſt facta, ſcilicet veſpere & luce abeunte, cum Vigiliæ mox conſtituendæ eſſent, & quisque ad corpora aut munia ſua curanda abiret. Ideo mandata, ſi qua in noctem aut primam lucem Imperator vellet, tunc dabat, ne quies turbaretur caſtrorum.

Ut latera omnia ab eo centum diſtent pedes) A ſigno illo, non

non militari, removet latera quaquaverſus pedes centenos. Eſt igitur quadratum juſtum cujus latera ſingula pedum centenum.



Grandis igitur & capax hæc metatio, ac par illi quatuor manipulorum, ſive hominum quadraginta torum octoginta, quos corporis cuſtodes ſecum habuit Imperator, Ablectos dictos. Et tanto ſpatio opus erat. Primum, quia ipſe prætor pro ſe laxius agere & tendere debuit, quam alii inferiores duces.

Deinde, quia miniſtros aut comites plures juxta ſe habuit, inter quos miniſtros, lictores primo & peculiares ſervi ad varios uſus deſtinati. Inter comites honeſtiores multi, qui amicitiæ cauſa aut militiæ, ſponte eum ſequebantur. Hi a contubernio Prætoris; Contubernales ejus dicebantur, quoniam in eadem iſta pedatura tendebant. Imo Senatorum filii, & tale nobiliorum genus, comitari ita magiſtratus ſolebant. Atque ipſe Jul. Cæſar, cum ſua quadam cauſa peregrinari nobiles vellet, tamen hoc utiliter a majoribus inſtitutum non abrogavit, & cum exceptione edixit: *Neu quis Senatoris filius, niſi contubernalis aut comes magiſtratus, peregre proficiſceretur.* Ita Suetonius cap. XLII. Et ſane utilitas eſt manifeſta, quod juventus caſte modeſteque agebat, ſub oculis & in latere ducis: quod ſermonibus ſæpe militaribus & interdum conſiliis intererat. Denique

Duces agere ut Plinius admonet, parendo diſcebat. Sed & laxitate Prætori opus erat ad mulos & jumenta, quæ plura habebat, itemque ad ſupellectilem & vaſa collocanda. Pecunia e publico ad mulos emendos & tabernacula comparanda dabatur; & alia ad *Vaſa*, *Vaſarium* appellata. In his quidem adeo non uſum; ſed delicias & luxum quidam ſpectabant, ut de Cæſare ſcriberet Suetonius: *In expeditionibus teſſellata & ſectilia pavimenta circumtuliſſe*; quibus ſcilicet Prætorii ſui ſolum parte aliqua tegeret & ſterneret in brevem uſum. Quod ad formam Prætorii attinet, ea fuiſſe videtur rotunda, ut Varro vult, qui eam dicit, fuiſſe forma teſtudinea. Hac de cauſa fortaſſe Joſephus Lib. III. Excid. Prætorium cum templo componit: τὰ ϛρατήγιον, inquit, ναῷ παραπλήσιον, *Prætorium templo ſimile*; quod eminebat in mediis caſtris, ut in urbe aliqua templum; aut quod ibi erat locus, *Augurale* dictus, & ante eum ara, in qua ſolemniter libamenta aliqua illata & cremata ſunt, quotidianæ religionis ergo. *Hoc augurale* dicitur Julio Hygino *Auguratorium*; qui & ſitum docet: *Auguratorium*, inquit, *parte dextra Prætorii, Tribunal læva, ut accepto augurio inſuper adſcendat.* Ecce duo membra Prætorii, Augurale & Tribunal; ut nihil dicam de ſtabulis, culina & aliis id genus partibus, quas cultus domeſticus deſiderat; fortaſſe & Armamentarium haud procul a Prætorio aberat.

Jugerum quatuor ſtat area) In Græco πλέθρα: πλέθρον ſignificat *jugerum*, & eſt menſura centum pedum, Suida authore. Alii vertunt *Verſum.* Varro: *Verſum* dicunt centum pedes quoquoverſus quadratum. Quod ipſum dimenſum quater eſt in area Polybiana. Quod Græcis ποδισμὸς, id Latinis Pedatura: etſi Pedismi ipſa Græcanica voce crebro in hac tali re Vegetius uſus. Podiſmus autem dimenſio aut dimenſio aut dimenſum ipſum per pedes, ſicut ϛαδιασμὸς per ſtadia. Ad verbum eſt, pe-

dar

datura. Vegetius L. III. c. 8. *Singulæ centuriæ accipiunt pedaturas.* Caſſiodorus: *Pedaturas murorum omnes ſubeatis.* Accipiunt hanc vocem non pro ipſa menſura tantum, ſed etiam pro ſpatio & area, quam ſic dimetiebantur.

Polyb. §. 3.

Τούτου δὲ τοῦ σχήματος ἀεὶ παρὰ μίαν ἐπιφάνειαν καὶ πλευρὰν, ἥτις ἂν ἐπιτηδειοτάτη φανῇ πρός τε τὰς ὑδρείας καὶ προνομὰς, παρεμβάλλεται τὰ Ῥωμαϊκὰ στρατόπεδα τὸν τρόπον τοῦτον. Ἐξ ὑπαρχόντων χιλιάρχων ἐν ἑκάστῳ στρατοπέδῳ κατὰ τὸν ἄρτι λόγον, δυεῖν δὲ στρατοπέδων ὄντων τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀεὶ μεθ' ἑκατέρου τῶν ὑπάτων, φανερὸν, ὅτι δώδεκα χιλιάρχους ἀνάγκη συστρατεύειν ἑκατέρῳ τῶν ὑπάτων. Τιθέασι δὴ τὰς τούτων σκηνὰς ἐπὶ μίαν εὐθεῖαν ἁπάσας, ἥτις ἐστὶ παράλληλος τῇ τοῦ τετραγώνου προκριθείσῃ πλευρᾷ.

Verſio Latina.

AD hujus figuræ ſemper unum adſpectum & latus, quod oportuniſſimum aquationi & pabulationi videatur, Romanæ legiones hoc modo collocantur. Cum in quaque legione Tribuni ſex, ut modo diximus, & uterque conſulum duas ſecum habeat legiones, palam eſt, duodecim Tribunos alteri Conſulum in militia adeſſe. Statuunt igitur horum omnia tentoria ad unam lineam rectam, quæ parallela ſit lateri quadrati illius antea definito. Di-

ῥᾷ. Πεντήκοντα δ᾽ ἀπέχει πόδας ἀπ᾽ αὐτῆς, ἵπποις ἅμα δ᾽ ὑποζυγίοις καὶ τῇ λοιπῇ τῶν χιλιάρχων ἀποσκευῇ τόπος. Αἱ δὲ σκηναὶ τοῦ προειρημένου σχήματος εἰς τοὔμπαλιν ἀπεστραμμέναι, πήγνυνται πρὸς τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν. Ἣ νοείσθω καὶ καλείσθω δὲ καθάπαξ ἡμῖν ἀεὶ τοῦ παντὸς σχήματος κατὰ πρόσωπον. Ἀφεστᾶσι δ᾽ ἀλλήλων μὲν ἴσον αἱ τῶν χιλιάρχων σκηναί, τοσοῦτον δὲ τόπον, ὥστε παρ᾽ ὅλον τὸ πλάτος ἀεὶ Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων παρήκειν.

ſtat autem ab eo quinquaginta pedes locus, equis, jumentis & reliquis Tribunorum impedimentis locandis deſtinatus. Tabernacula autem prædictæ figuræ averſa ponuntur, ut extrorſum ſpectent. Illud intelligatur ſemper frons totius figuræ, quod a nobis ſemel hic ita vocatur. Diſtant inter ſe tentoria Tribunorum pari intervallo, & eo producuntur, ut ad omnem latitudinem Romanarum legionum attingant.

Commentatio.

AD hujus figuræ unum adſpectum.) Statuto Prætorio & & Sede Conſulis, ſemper ad unum idemque latus hujus Quadrati Tribuni collocati ſunt, & infra eos, Legiones: nimirum ad illud latus, quod aquando aptiſſimum ſit & pabulando. Igitur caſtra ita aptabant, ut Prætoria porta hoſtem ſpectaret; Decumana avertiſſima eſſet ab illo. Et per hanc plurimum aquabantur & pabulabantur, ergo & facies caſtrorum tota verſa in illam.

Quin-

Quinquaginta pedes locus.) Rimanti aut inquirenti omnia hic ſatis clara. Linea parallela diſtat a linea quadrati quinquaginta pedes, ut intra hoc ſpatium tabernacula Tribunorum poſſint ſtatui, atque ea ipſa laxiora, calonibus, equis, mulis capiendis.

Frons totius figuræ.) Id ea de cauſa, quod omnia illuc ſpectent & intendant. Hac igitur conſideratione Prætoria porta, & quæ juxta eam, tergum & poſteriora caſtrorum ſunt; Decumana & introrſum alia, facies & pectus. Diverſa inſpectio eſt, cum Tacitus averſa caſtrorum, Decumanam appellat, & Livius, abs tergo caſtrorum eam ponit: quod fit intuitu & relatione ad hoſtem. Nam hæc fere ſemper illi averſa, & tum frons cenſetur pars ei proxima & oppoſita.

Diſtant inter ſe Tribunorum tabernacula.) Notandum, non contigna fuiſſe nec connexa, quia id uſus militaris deſiderabat; & ut commeatus & tranſitus undique ad Forum utrumque eſſet, per minutas illas vias & interjecta ſpatia. Sed & dignitas locationis major, ſic diviſæ & ſejunctæ. Quanta autem ſint illa intervalla, oſtendit Tabula Caſtrorum p. 197.

Polyb. §. 4.

Ὁ δ᾽ ὑπὸ τὰς τῶν χιλιάρχων σκηνὰς ὄπισθεν τόπος ὑποπεπτωκὼς, ἐξ ἑκατέρου δὲ τοῦ μέρους τῆς τοῦ στρατηγοῦ περιστάσεως παρακείμενος, ὁ μὲν εἰς ἀγορὰν γίνεται τόπος, ὁ δ᾽ ἐ-

Verſio Latina.

AT qui pone Tribunorum tentoria locus jacet, & ex utraque parte vacuo circa prætorium ſpatio adjacet, ejus una pars Foro deſtinatur, altera Quæſto-

δ᾽ ἕτερ⊙ τῷ τε ταμίᾳ καὶ ταῖς ἅμα τέτῳ χορηγίαις. Ἀπὸ δὲ τῆς ἐφ᾽ ἑκάτερα τελευταίας τῶν χιλιάρχων σκηνῆς, κατόπιν οἷον ἐπικάμπιον ἔχοντες τάξιν πρὸς τὰς σκηνὰς, οἱ τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων ἀπόλεκτοι, καὶ τινες τῶν ἐθελοντηδὸν ςρατευομένων τῇ τῶν ὑπάτων χάριτι. Πάντες ἔτοι ςρατοπεδεύεσι παρὰ τὰς ἐκ τῶν πλαγίων τε χάρακ⊙ ἐπιφανείας, βλέποντες οἱ μὲν ἐπὶ τὰς τε ταμιεία παρασκευὰς, οἱ δ᾽ ἐκ θατέρε μέρες εἰς τὴν ἀγορὰν. Ὡς δ᾽ ἐπὶ τὸ πολὺ συμβαίνει τέτοις, μὴ μόνον ςρατοπεδεύειν σύνεγγυς τῶν ὑπάτων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς πορείας καὶ κατὰ τὰς ἄλλας χρείας περὶ τὸν ὕπατον, καὶ τὸν ταμίαν ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ τὴν ὅλην διατριβήν. Ἀντίκειντα δὲ τέτοις ἐπὶ τὸν χάρακα βλέποντες οἱ τὴν παρα-πλή-

ſtori & ejus apparatibus. Ab utroque vero extremo Tribunorum tabernaculo, a tergo quaſi inflexam efficientes cum ipſis tabernaculis figuram, metantur Ablecti ex equitibus Extraordinariis, & nonnulli illorum, qui ultro in gratiam Conſulum militant. Hi omnes ſecundum latera caſtrorum locati, ſpectant partim Quæſtorii apparatus, partim, qui his ſunt oppoſiti, Forum. Plerumque autem evenit, illas non modo metari prope Conſulem; verum etiam in agmine & aliis adminiſtrationibus, Conſulem; verum etiam in agmine & aliis adminiſtrationibus, Conſulem & Quæſtorem obſervare, & circa eos continuo

πλήσιον χρείαν παρεχόμενοι πεζοῖς τοῖς προειρημένοις ἱππεῦσιν. Ἑξῆς δὲ τούτοις δίοδος ἀπολείπεται πλάτος ποδῶν ἑκατὸν, παράλληλος μὲν ταῖς τῶν χιλιάρχων σκηναῖς. Ἐπὶ θάτερα δὲ τῆς ἀγορᾶς καὶ τοῦ στρατηγίου καὶ τοῦ ταμιείου παρὰ πάντα τὰ προειρημένα μέρη τοῦ χάρακος. Παρὰ δὲ τὴν ἀνωτέρω πλευρὰν ταύτης, οἱ τῶν συμμάχων ἱππεῖς ἐπίλεκτοι στρατοπεδεύουσι, βλέποντες ἐπί τε τὴν ἀγορὰν ἅμα καὶ τὸ στρατήγιον, καὶ τὸ ταμιεῖον. Κατὰ μέσην δὲ τὴν τούτων τῶν ἱππέων παρεμβολὴν, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν τοῦ στρατηγίου περίστασιν, δίοδος ἀπολείπεται πεντήκοντα ποδῶν, φέρουσα μὲν ἐπὶ τὴν ὄπισθεν πλευρὰν τῆς στρατοπεδείας, τῇ δὲ τάξει πρὸς ὀργὰς κειμένη τῇ προειρημένῃ πλατείᾳ. Τοῖς δ' ἱππεῦσι τούτοις ἀντίτυ-

ποι

nuo agere. Opponuntur his ſpectantes vallum verſus pedites, qui ſimilia modo dictis equitibus miniſteria obeunt. Deinde ſupra iſtos via relinquitur pedes centum lata, parallela Tribunorum tentoriis; & ex altera parte Fori, Prætorii ac Quæſtorii procurrens, ad omnes dicti valli partes porrigitur. Ad ſuperius viæ hujus latus Extraordinarii Sociorum equites caſtrametantur, Forum verſus, & Prætorium & Quæſtorium ſpectantes circa mediam horum metaturam, & e regione ipſius Prætorii, via relinquitur quinquaginta pedum, quæ fert ad poſtica caſtrorum, ratine ſitus ſui, latæ quam diximus, viæ ad angulos rectos incum-

 bit.

ποι τίθενται πάλιν οἱ τῶν συμμάχων ἐπίλεκτοι πεζοὶ, βλέποντες πρὸς τὸν χάρακα, καὶ τὴν ὄπισθεν ἐπιφάνειαν τῆς ὅλης ςρατοπεδείας. Τὸ δ᾽ ἀπολειπόμενον ἐξ ἑκατέρȣ τȣ̃ μέρȣς τȣ́των κένωμα παρὰ τὰς ἐκ τῶν πλαγίων πλευρὰς δίδοται τοῖς ἀλλοφύλοις, καὶ τοῖς ἐκ τȣ̃ καιρȣ̃ προσγινομένοις συμμάχοις.

bit. Rurſus pone equites iſtos locantur Sociorum pedites extraordinarii, vallum univerſorum caſtrorum tergum reſpicientes. Quod reſtat vacui ſpacii ad latera hinc & inde extraneis attribuitur, & ſociis, ſi qui forte propter aliquam occaſionem advenerint.

Commentatio.

QUi *pone Tribunorum tentoria*) ille locus, qui ab utraque parte Prætorii utriſque Tribunorum tentoriis reſpondet. Alterum idque dextrum (reſpectu Prætoris in caſtra verſi) rebus venalibus, conventibus & legationibus etiam audiendis deſtinatum, appellabatur *Forum*. In Suida reperitur fragmentum: ὀλίγον ἐξωτέρω τῆς ςρατηγικῆς σκηνῆς, χωρίον τι ὥσπερ ἀγορὰ ἀπεδέδεικτο, ὃ δὴ γνώμα προσηγορεύετο. Ἐκεῖ δὲ αἱ πρεσβεῖαι αἱ ἀγγελίαι καὶ ἄλλα ἐγίνοντο. *Paulum ultra tabernaculum Prætorium locus oſtenſus fuit velut Forum, qui Gnoma appellabatur. Illis autem legationes & nuntii & alia adminiſtrabantur.*

Altera Quæſtori & ejus apparatibus.) Læva ſcilicet pars Quæſtoris uſibus detinebatur, *Quæſtorium* dictum. Hunc enim locum adſignat ei Polybius. Utrumque hoc ſpatium (Forum & Quæſtorium) grande fuit, & in omni latere circiter pedum trecentorum. At hac de re no-

nobis movet Livius ſcrupulum, alibi narrans, *Samnites in caſtra Romana improvſos irrupiſſe; & a tergo, inquit, parte Decumana, impetus factus, itaque captum Quæſtorium, Quæſtorque ibi L. Opimius Panſa occiſus.* Quid clarius, quam haud longe a Decumana Quæſtorium fuiſſe? Sed hæc ita conciliari poſſunt. Olim & veteri ævo Quæſtorium fuit e regione Decumanæ, via media Quintana, eo, quod in utraque caſtrorum parte voluerunt imperium aliquod & magiſtratum eſſe. Sed tempore Polybii, & paulo ante Quæſtorium eſt translatum in Prætorii latus, ut vicinius eſſet.

Ab utroque Tribunorum tabernaculo.) Polybius hic *Legatorum* metationem omiſit, quibus apte locus ſuus adſignatur ad latus alterum Prætorii, ubi Forum eſt; ſiquidem cum dignitate proximi eſſent, & a Prætore ſine Conſule (nam duo hæc vocabula nobis idem denotant) quotidie in conſilium vocarentur, haud longe tetendiſſe videntur. Si autem plures legati, & tot legati, quod legiones, fuerint, ut inferiore ævo factum novimus, ſine dubio utrinque ad latus Prætorii tendebant, & ſic Ducem ſuum habebant medium. Joſephus ſcribit: Μέσας δὲ τὰς τῶν ἡγεμόνων σκηνὰς τίθενται, μεσαίτατον δὲ τούτων τὸ στρατήγιον: *Media tabernacula ducum ſuorum ponunt, maxime autem medium, & inter iſta, Prætorium.* Quod veteri novoque more vetum eſt, & ſemper in medio Tribunorum aliorumque Ducum Prætoris locus. Jam quod ad verba: ab utroque extremo Tribunorum tabernaculo; intelligit extremum verſus portas Principales, & ubi deſinunt legiones, ſocii excipiunt. Ita tamen metatio eſt inſtituta, ut intervallum decore medium aliquod fuerit, ſeparandis Tribunis a præfectis.

Quaſi inflexam efficientes figuram) non incurvam aut lunatam, ſed quæ in cubitum aut ançonem abiit, vide Formam Caſtrorum p. 197.

Extraordinariorum equitum Ablecti & quidam ex iis &c.) Duo genera hic collocat, Ablectos equites & Evocatos: utroſque Forum aut Quæſtorium intuentes, quod ex Tab. Caſtr. patet; ſed juxta Præfectos Tribunosque ſtatim Evocatos, tanquam digniores locare videtur, proximum ab his locum tribuit Ablectis.

Plerumque autem evenit) hic habemus munia & uſum Ablectorum & Evocatorum, tam equitum, quam peditum, qui fuit, a cuſtodia & veluti ſatellitio Conſulis eſſe. Plurimum igitur ii, circa eum in caſtris, itinere & acie ipſa hærebant.

Via relinquitur pedes centum lata) pari igitur magnitudine, qua via principiorum, idque ideo, ut Foro latitudo ſua major & Quæſtorii areæ eſſet ad res venales, ad prædam, ad circulos etiam & ſermones; imo ut neceſſitate urgente, commode in iſto vacuo copiæ inſtrui & educi in hoſtem poſſent. Hæc via fortaſſe eſt, quam Hyginus appellat *Quintanam; Lateribus Quæſtorii tendere debet ad viam Quintanam centuria Statorum, ut poſticum Prætorii tueantur.* Cum enim de Poſtico Prætorii loquitur, non eſt intelligenda alia & inferior Quintana. A qua tamen & hanc cenſemus eſſe dictam, & quia Quæſtor olim in *vera Quintana (a quintis cohortibus ibi tendentibus dicta)* tabernaculum poſuit, & quia tabernaculo Quæſtoris nunc in ſuperiorem caſtrorum partem translato, hæc quoque via uſui venalium rerum, ut prior & inferior illa ſerviebat. Hactenus de ſuperiore caſtrorum parte.

Polyb. §. 5.	Verſio Latina.
Ἀπομετρηθέντων δὲ πάλιν ἑκατὸν ποδῶν	Rurſus cum dimenſi ſunt centum

δῶν εἰς τὸ πρόσθεν κατὰ πάσας τὰς σκηνάς, λοιπὸν ἀπὸ τῆς τοῦτο τὸ πλάτος ὁριζούσης εὐθείας, ἥτις γίνεται παράλληλος ταῖς τῶν χιλιάρχων σκηναῖς, ἀπὸ ταύτης ἄρχονται ποιεῖσθαι τὰς τῶν στρατοπέδων παρεμβολάς, χειρίζοντες τὸν τρόπον τοῦτον· Διχοτομήσαντες τὴν προειρημένην εὐθεῖαν, ἀπὸ τοῦ σημείου πρὸς ὀρθὰς τῇ γραμμῇ, τοὺς ἱππεῖς ἀντίους ἑαυτοῖς ἑκατέρου τοῦ στρατοπέδου παρεμβάλλουσι, πεντήκοντα διέχοντας πόδας ἀλλήλων, μέσην ποιοῦντες τὴν τομὴν τοῦ διαστήματος. Ἔστι δ' ἥ τε τῶν ἱππέων καὶ τῶν πεζῶν σκηνοποιΐα παραπλήσιος. Γίνεται γὰρ τὸ ὅλον σχῆμα καὶ τῆς σημείας καὶ τῶν οὐλαμῶν τετράγωνον· Τοῦτο δὲ βλέπει μὲν εἰς τὰς διόδους, ἔχει δὲ τὸ μὲν μῆκος ὡ-

tum pedes antrorſus legiones verſus, tum a linea recta latitudinem hanc definiente, (quæ linea reſpondet & parallela eſt Tribunorum tentoriis) a linea illa dico, incipiunt facere caſtra & domicilia legionum, hoc modo adminiſtrantes. Cum diviſerunt prædictam lineam rectam in duas partes, ab hac ſectione & ſigno lineæ ad angulos rectos ductæ, equites utriusque legionis adverſos inter ſe locant quinquaginta pedum intervallo, cujus medium ſectio illa obtinet. Eſt autem metatio tentoriorum tam equitum quam peditum ſimilis. Fit enim univerſa figura ſive pedatura & Manipuli & Tur-

ειρσμένον, τὸ παρὰ τὴν δίοδον· Ἔςι γὰρ ἑκαἶὸν ποδῶν. Ὡς δ' ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ τὸ βάϑ☉ ἴσον πειρῶνἶαι ποιεῖν, πλὴν τῶν συμμάχων.

Turmarum quadrata: & ſpectat ea ad interjectas vias, atque longitudinem habet definitam juxta ipſam viam. Eſt enim centum pedum. Ut plurimum vero & latitudinem adæquare conantur, præterquam in Sociis.

Commentatio.

JAm agitur de inferiore CASTRORVM parte.

Rurſus cum dimenſi ſunt) hoc ſpatium centenarium Tribunos ſeparat a legionibus, quod Romani dixere *Principia.* Etſi enim proprie ſic appelles ipſum caſtrorum initium, ubi legiones (inde enim vox) tamen totum hoc ſpatium medium conſtat ſic eſſe dictum. Plutarchus in Galba: Ἀρχαῖα dixit cum additione, ἃ πριγκίπια Ῥωμαῖοι καλοῦσι: *Archæa, ſive initia, quæ Romani Principia appellant.* Cicero ad Brutum: *Spes libertatis nuſquam niſi in caſtrorum veſtrorum principiis eſt.* Cur de hoc loco tam præclare ſentit? quia in Principiis, aut juxta illa, Tribuni, Præfecti honeſtiſſimi Decurionum & Centurionum, quibus ſcilicet cura major & amor reip. ac libertatis, quam vulgo militari. Capita ergo intelligit, & vertices caſtrorum, qui ibi metabantur; Livius Lib. XXVII. *Tribunos jura reddere in principiis ſinebant. Sedebant juri dicendo, ante tentoria ſua, non ad Signa aut Aquilas ipſas.* Suetonius in Othone c. 1. *Capite punivit, & quidem ante principia caſtrorum, intelligit viam iſtam & ſpatium ante ſigna.* Hæc Principia etiam caſta & ſacra habita eſſe, cognoſcimus ex illo Taciti loco Lib. I. Hiſt. ubi

ubi ille laſciva fœmina narrat, in ipſis principiis ſtuprum auſam. Exaggerat flagitium a ſanctimonia loci, utpote quem ſumma colebant ceremonia ob præcipua ſigna ordine illic defixa. Nam primæ omnes Decuriæ & Manipuli metabantur ibi, ut apparet ex Polybio. Ergo & Signa quæque prima, id eſt, primi Haſtati, primi principis & Primipili etiam, i. e. Aquilæ ipſæ. Ibi etiam in Stativis & Hibernis Aræ & altaria exſtructa ſunt. Tacitus de Planco I. Hiſt. *At ni Aquilifer Calpurnius vim extremam arcuiſſet, rarum etiam inter hoſtes, legatus populi Romani, Romanis in caſtris, ſanguine ſuo altaria deûm commaculaviſſet.* Præmiſit autem, *Plancum in caſtris prima legionis, ſigna & aquilam amplexum, religione ſeſe tutatum fuiſſe.* In Principiis denique judicia exercebantur, præmia data ſunt & pœnæ ſtatutæ.

Quinquaginta pedum intervallo) ordinaria illa dimenſio, & viæ ſic amplæ & ſpatioſæ, non decoræ ſolum videbantur, ſed & utiles ad equos & jumenta educenda. Interdum ob aliquam cauſam contractiores fuerant, ut in Cæſare Lib. V. B. G. *Caſtra etſi erant exigua per ſe vix hominum millium ſeptem, præſertim nullis cum impedimentis; tamen anguſtiis viarum, quantum poteſt contrahit.* Fortaſſe etiam iis viis nomina ſua fuerunt, quibus aliæ ab aliis diſcernebantur.

Latitudinem adæquare conantur.) Longitudo areolarum ſemper æqualis eſt; non æque latitudo. Ratio hæc eſt, quod Turmæ quædam aut manus militares grandiores fuerint. Ut in Sociis equites quadraginta ſunt in Turmam diſtributi; at in civibus duntaxat triginta. Ergo merito iis ſpatium & pedatura amplior; ſed in latum. Et Socios quidem excipit ipſe tantum, poſſunt & Triarii excipi, qui anguſtius quam longius, (dimidiatus enim numerus) metantur. Hic denique obſervamus, Polybio longitudinem caſtrorum dici & cenſeri, a Prætoria ad

De-

Decumanam, latitudinem a Principali Dextra ad Siniſtram.

Polyb. §. 6.

Ὅταν δὲ τοῖς μείζοσι στρατοπέδοις χρῶνται, τὸ κατὰ λόγον καὶ τῷ μήκει καὶ τῷ βάθει προστιθέασι· Γενομένης δὲ τῆς ἱππέων παρεμβολῆς κατὰ μέσας τὰς τῶν χιλιάρχων σκηνὰς, οἱονεὶ ῥύμης τινὸς ἐπικαρσίου πρὸς τὴν ἄρτι ῥηθεῖσαν, καὶ τὸν πρὸ τῶν χιλιάρχων τόποι· Τῷ γὰρ ὄντι ῥύμαις παραπλήσιον ἀποτελεῖται τὸ τῶν διόδων σχῆμα πασῶν, ὡς ἂν ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους, οἷς μὲν ταγμάτων, οἷς δ' οὐλαμῶν, ἐπὶ τὸ μῆκος δὲ, παρεμβεβληκότων· Πλὴν τοῖς προειρημένοις πίπτουσιν κατόπιν τοὺς ἐξ ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων τριαρίους κατ' οὐλαμὸν ἑκάστην σημαίαν, ἐν ὁμοίῳ σχή-

Verſio Latina.

QUoties autem plenioribus legionibus utuntur, & longitudinis & latitudinis modum æqua proportione adaugent. Fit autem hæc metatio Equitum oppoſita mediis Tribunorum tentoriis, ſimilis Strigæ aut Vico transverſa regione ducto ad modo dictam lineam rectam, & eum locum, qui eſt ante tabernacula tribunorum. Re enim ipſa vicis adſimilatur, hæc figura intercurrentium viarum: utpote ſecundum quas ab utroque latere partim manipuli partim turmæ porrectas in longum ſuas metationes ha-

σχήματι τιθέασι· Συμψαυόντων μὲν τῶν σχημάτων ἀλλήλοις, βλεπόντων δ' ἔμπαλιν πρὸς τὰς ἐναντίας τοῖς ἱππεῦσιν ἐπιφανείας. Ἥμισυ ποιοῦντες τὸ βάθος τοῦ μήκους ἑκάστης σημαίας, τῷ καὶ κατὰ τὸ πλῆθος ἡμίσεις ὡς ἐπίπαν εἶναι τοὺς τῶν ἄλλων μερῶν.

habeant. Tum a tergo dictorum equitum Triarios utriusque legionis iis applicant, ſingulos nempe manipulos ſingulis turmis figura ſimili. Ita ut tangentibus ſe mutuo pedaturis, eo reſpiciant Triarii, unde equites ſunt averſi. Faciunt etiam dimidium latitudinis pro longitudine in quoque Manipulo, quia Triarii numero dimidiati ſunt, ſi cum reliquis partibus ſive manipulis comparantur.

Commentatio.

SImilis *Strigæ aut Vico transverſa regione ducto)* Ρύμη eſt in Græco, quod ſulcum & tractum notat, παρὰ τὸ ῥύειν. Joſephus in re caſtrorum Lib. III. adhibet hoc quoque verbum: ῥυμοτομοῦσι δὲ ἐυδιαθέτως ἔισω τὸ ϛρατόπεδον: *Dividunt in ſtrigas & ordines introrſus compoſite admodum ſua caſtra.* Feſtus exponit vocem Strigæ. *Strigæ* (nam ſic legendum, non ſtriges) *ordines rerum inter ſe conjuncte collocatarum a ſtringendo.* In arando quoque ſulcum uno ductu peractum, Strigam vocabant. Sed verti etiam poteſt *Vicus*, ut in Act. Ap. πορεύθητι ἐπὶ τὴν ῥύμην τὴν καλουμένην εὐθεῖαν, ubi bene interpres: *Vade in vicum, qui vocatur rectus.* Ut igitur Vici in urbibus," id quod ex domibus conſtat, ait Varro, id eſt, medium illud

inter Vias : ita in caſtris Manipulorum Ordo cum tentoriis, quæ caſtra ipſe Polybius cum urbe confert.

Figura ſimili) in longum, non in latum.

Polyb. §. 7.

Διότιπερ ἀνίσων ὄντων πολλάκις τῶν ἀνδρῶν, ἰσάζειν ἀεὶ συμβαίνει πάντα τὰ μέρη κατὰ τὸ μῆκος, διὰ τὴν τοῦ βάθους διαφοράν. Αὖθις δὲ πεντήκοντα πόδας ἀφ' ἑκατέρων τούτων ἀποστήσαντες, ἀντίους παρεμβάλλουσι τοῖς τριαρίοις τοὺς πρίγκιπας. Νενόντων δὲ καὶ τούτων εἰς τὰ προειρημένα διαστήματα, δύο αὖται πάλιν ἀποτελοῦνται ῥῦμαι, τὰς μὲν ἀρχὰς ἀπὸ τῆς αὐτῆς εὐθείας λαμβάνουσαι, καὶ τὰς εἰσβολὰς ὁμοίως τοῖς ἱππεῦσιν, ἐκ τοῦ πρὸ τῶν χιλιάρχων ἑκατομπόδου διαστήματος. λήγουσαι δὲ πρὸς τὴν κατάντικρυ τῶν χιλιάρχων πλευρὰν τοῦ

χά-

Verſio Latina.

QUapropter cum impar ſæpe ſit numerus virorum, ſemper tamen metationum longitudo eſt æqualis; quoniam latitudinem variant. Rurſus autem intervallo pedum quinquaginta ab iis utriſque diſcedentes, oppoſitos & adverſos Triariis locant Principes. His ipſis ſpectantibus & vergentibus in ſpatia atque intervalla jam dicta, duæ rurſus fiunt ſtrigæ vel vici, initium quidem ab eadem recta linea & ingreſſus eoſdem capientes cum equitibus; ab area nimirum

illa

χάρακος, ἣν ἐξ ἀρχῆς ὑπεθέμεθα κατὰ πρόσωπον εἶναι τοῦ παντὸς σχήματος. Μετὰ δὲ τοὺς πρίγκιπας ὄπισθεν τούτων ὁμοίως ἔμπαλιν βλέποντας, συμψαύοντα δὲ τὰ σχήματα τιθέντες, τοὺς Ἀστάτους παρεμβάλλουσι. Δέκα δὲ σημαίας ἐχόντων ἁπάντων τῶν μερῶν κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς διαίρεσιν, πάσας ἴσας συμβαίνει γίνεσθαι τὰς ῥύμας, καὶ κατὰ τὸ μῆκος, καὶ τὰς ἀποτομὰς ἰσάζειν αὐτῶν τὰ πρὸς τῇ κατὰ τὸ πρόσωπον πλευρᾷ τοῦ χάρακος. Πρὸς ἣν καὶ τὰς τελευταίας σημαίας ἐπιστρέφοντες στρατοπεδεύουσιν·

illa centum pedum, quæ ante Tribunorum eſt ſedem. Deſinentes vero in latus valli caſtra ambientis, Tribunis oppoſitum, quod initio diximus velut frontem eſſe figuræ totius. Poſt Principes locant Haſtatos iterum averſos, eorumque areas ponunt contiguas. Cum autem decem Manipulos ſingulæ legionis partes habeant, prout initio eam diviſimus, contingit, ut omnes vici ſint pari longitudine, itemque eorum fines in latere eo, quod eſt frons caſtrorum. Quo etiam converſi extremi Manipuli tendunt.

Commentatio.

D*Uæ rurſus fiunt ſtrigæ)* ſcilicet in qualibet legione unâ an duæ, quia media Quintana ſecantur?

Ingreſſus eosdem cum equitibus) ut & Triariis. Equites tamen nominat, quia illorum ἐξόχως hæc area, & Triarii additi ſunt ac ſubjuncti.

In latus valli Tribunis oppoſitum.) Nempe in decimo ſuo ordine deſinunt ad Vallum & Decumanam.

Eorum areas ponunt contiguas) ut lucri locus fiat, nec via interferatur non neceſſaria. Averſi enim ſic poſiti & tergis contingentes, utrinque exitus ſuos habent, nec alteris moleſti.

Polyb. §. 6.

Ἀπὸ τῶν Ἀστάτων πεντήκοντα πάλιν διαλείποντες πόδας, τοὺς τῶν συμμάχων ἱππεῖς ἀντίους παρεμβάλλουσι τούτοις, ποιούμενοι τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς αὐτῆς εὐθείας, καὶ λήγοντες ἐπὶ τὴν αὐτήν· Ἔστι δὲ τὸ πλῆθος τῶν συμμάχων, ὡς ἐπάνω προεῖπα, τὸ μὲν τῶν πεζῶν πάρισον τοῖς Ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις, λεῖπον τοῖς ἐπιλέκτοις· Τὸ δὲ τῶν ἱππέων διπλάσιον, ἀφῃρημένου καὶ τούτων τοῦ τρίτου μέρους εἰς τοὺς ἐπιλέκτους.

AB Haſtatis, relicto iterum quinquaginta pedum intervallo, Sociorũ equites locant adverſos illis, ab eadem recta linea incipientes, & in eadem recta deſinentes. Multitudo autem Sociorum, ut jam ſupra dixi, peditum quidem par admodum eſt Romanis legionibus, exceptis tamen detractisque Extraordinariis; Equitum dupla, quibus etiam tertia pars eſt detracta in Extra-

τοῦς· Διὸ καὶ τὸ βάθος αὔξοντες τάτοις πρὸς λόγον ἐν τοῖς στρατοπεδευτικοῖς σχήμασι, πειρῶνται κατὰ τὸ μῆκος ἐξισοῦν τοῖς τῶν Ῥωμαίων στρατοπέδοις· Ἀποτελεσθεισῶν δὲ τῶν ἁπασῶν πέντε διόδων, αὖθις εἰς τοὔμπαλιν ἀπεστραμμένας ὁμοίως τοῖς ἱππεῦσι τιθέασι τὰς τῶν συμμαχικῶν πεζῶν σημαίας, αὔξοντες τὸ βάθος πρὸς λόγον, βλεπούσας δὲ πρὸς τὸν χάρακα καὶ πρὸς τὰς ἐκ τῶν πλαγίων ἐπιφανείας ἑκατέρας. Καθ' ἑκάστην δὲ σημαίαν τὰς πρώτας ἀφ' ἑκατέρου τοῦ μέρους σκηνὰς οἱ ταξίαρχοι λαμβάνουσιν. Ἅμα δὲ τὸν προειρημένον τρόπον παρεμβάλλοντες καθ' ἕκαστον μέρος τὸν ἕκτον οὐλαμὸν, ἀπὸ τοῦ πέμπτου πεντήκοντα πόδας ἀφιστᾶσι· Παραπλησίως δὲ καὶ τὰς τῶν πεζῶν τάξεις, ὥστε γίγνεσθαι καὶ ταύτην ἄλλην δία-

traordinarios. Propterea latitudinem pro rata illis augentes in figuris ca ſtrenſibus conantur longitudine æquare Romanis legionibus. Abſolutis jam omnibus quinque viis, iterum averſos ab Equitibus locant peditum ſocialium Manipulos, augentes latitudinem ad proportionem; qui manipuli ſpectant vallum verſus, & utramque faciem aut latus transverſum. In ſingulis autem manipulis prima ab utraque parte tentoria Centuriones habent. Dum eo, quem indicavi modo, equites utrinque diſponunt, ſextam Turmam a Quinta ſpatio pedum quinquaginta ſeparant. Similiter & peditum manipulos locant, ut fiat alia via per medias legiones,

 trans-

δία μέσων τῶν ϛρατοπέδων δίοδον, ᾿επικάρσιον μὲν πρὸς τὰς ῥύμας, παράλληλον δὲ ταῖς τῶν χιλιάρχων σκηναῖς, ἣν καλῦσι πέμπτην, διὰ τὸ παρὰ τὰ πέντε τάγματα παρήκειν.

transverſa quidem ratione ſtrigarum, ſed parallela Tribunorum tentoriis, quam appellant Quintanam, quod quinque illos ordines ſecat & pervadit.

Commentatio.

Latitudinem pro rata illis augentes) ſcilicet Equitibus Sociorum, qui Romanis plures.

Tertia pars eſt detracta in Extraordinarios) tertia pars equitibus ſociorum ſubtrahitur in Extraordinarios; & peditibus ſociorum quinta pars itidem in Extraordinarios, de quibus vide p. 199.

Abſolutis omnibus quinque viis.) Haud plures agnoſcit, directas quidem & in longum. Transverſæ autem ſunt tres, quas ocularis inſpectio Formæ caſtrenſis oſtendit.

Iterum averſos ab Equitibus locant peditum ſocialium manipulos) hic de locatione ſociorum oritur dubium, utrum, uti Romani, per manipulos ſuos & vias diſtincte locati fuerint, an conjunctim per cohortes? illud prius ſimilitudo & ratio ſuadere videtur. Nam per cohortes diſpoſiti & cum equitibus omnes juncti, nimis conferti ſtetiſſent, nec commode locati ad ingreſſus & egreſſus. Hoc tamen magis pro Polybii mente; ſiquidem dicens de quinque tantum viis directis, innuit, plures vias non ſupereſſe: tum non diſtinguit Triarios, Principes &c. ſed in

in genere ſcribit, averſos ab Equitibus locari peditum ſocialium manipulos. Denique affirmat, loci latitudinem proportione auctam eſſe; auctius autem ſpatium illis manipulatim locatis opus non fuiſſet.

Spectant vallum verſus & utramque faciem.) Triplex igitur illis patuit egreſſus in Vallum primò, deinde ad Principia & Quintanam. Hoc appellat utrumque transverſum. Vide quinque ſuperiores cohortes, ex iis prima in Principia, ſi voluerit, exit; tres mediæ in vallum oppoſitum; Quinta, vel iſtuc, vel in Quintanam. Simile de quinque aliis. Quo Polybium, hactenus de re caſtrenſi locutum, rectius intelligas, conſule TABVLAM & FORMAM CASTRORUM, quorum Ichonographia ſequenti modo Geometrice delineatur.

Podiſmi, quos Latine Pedaturas dicimus, ſunt menſuræ pedales. Pes autem eſt duplex; *Simplex*, cujus uſus in longitudine aut latitudine menſuranda; & *Magnus*, vulgo Quadratus aut Superficialis, qui areis metiendis inſervit.

Prætorium juſtum quadratum eſt, cujus longitudo & latitudo eſt 200. ped. Latere in latus ducto, efficitur area 40000. ped. quadr.

Quæſtorium eſt dimidiatum ad Prætorium, cujus latitudo eſt 200. ped. & longitudo 100. ped. Planities 20000. ped.

Legati rurſus dimidiati ad Quæſtorem. Singuli occupant ſpatium, cujus majus latus eſt 100. ped. minus 50. ped. Tota ergo area 5000.

Tribuni iterum dimidiati, & habent æqualiter in quadro 50. ped. Sunt in area 2500.

Præfecti pares ferme Tribunis.

Evocati, quorum numerus incertus, & ideo pedatura. Sunto tamen triginta, i. e. una Turma Romana; habebunt 80. ped. in longum, 125. in latum Area 10000. Superſunt inibi 238½. Ea area eſſet ped. circiter 20000. Caperet ergo manipulos duos civiles peditum, i. e. homines 240.

Ablecti, ſint Turma una ſocialis. Ergo 40. equites, qui habebunt ſpatium, cujus longitudo 120. ped., latitudo autem 111¼. Area 13350. ped. A tergo cohors una Ablectorum, 336. hominum. Area illi eſſe debet 28000. ergo eſſent in latum 233½. circiter, in longum 120. ped.

Extraordinarii equites, Turmæ quatuor ſociales. Areolæ diviſæ ad modum dictum. Idem in Cohortibus ſuperne tribus, utrinque una cum dimidia. Vacuum ſupereſt, palam ita Polybio ſcriptum, ſociis adventantibus relinquendum

In

PARTE INFERA, primi Equites. Podiſmus e Polybio notus, eſt area 10000. ped. quod ſpatium capiendis triginta equitibus & triginta equis ſufficit.

Triarii Dimidiati ad equites. Cetera paria, & ratio eadem podiſmorum etiam in legionibus auctis.

Viæ definitæ a Polybio, ſuntque omnes aut quinquaginta aut centum pedum. Excipio minuſculas inter Tribunos aut Præfectos: excipio & ſemitas inter tabernacula, ſiquæ fuerunt:

Por-

Portæ ſingulæ 50. ped. latiore enim ingreſſu opus vehiculis & jumentis.

Valli modus parte una 2017. ped. altera pluſculo major 2050. Licet Polybius mox æquilatera caſtra dicat.

Vallum a tentoriis undique diſtat 200. ped.

Polyb. §. 9.

Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, τὸ μὲν σύμπαν σχῆμα γίνεται τῆς στρατοπεδείας τετράγωνον ἰσόπλευρον· τὰ δὲ κατὰ μέρος ἤδη τῆς τε ῥυμοτομίας ἐν αὐτῇ, καὶ τῆς ἄλλης οἰκονομίας, πόλει παραπλησίαν ἔχει τὴν διάθεσιν· Τὸν δὲ χάρακα τῶν σκηνῶν ἀφιστᾶσι κατὰ πάσας τὰς ἐπιφανείας διακοσίους πόδας· Τοῦτο δὲ τὸ κένωμα πολλὰς καὶ δοκίμους αὐτοῖς παρέχεται χρείας. πρός τε γὰρ τὰς εἰσαγωγὰς καὶ τὰς ἐξαγωγὰς τῶν στρατοπέδων εὐφυῶς ἔχει καὶ δεόντως. Ἕκαστοι γὰρ κατὰ

Verſio Latina.

HÆc cum ita ſe habeant, univerſa quidem caſtrorum forma fit quadrata æquilatera: at ſtrigarum in iis directiones & reliqua partium diſpoſitio locationem urbi ſimilem habet. Vallum vero ſejungunt a tabernaculis quaquaverſus pedes ducentos. Hic locus inanis illis multas easque eximias præbet utilitates. : enim ad copias & inducendas & educendas commodus eſt & idoneus; quippe omnes ex ſuis ſtrigis in

τὰς ἑαυτῶν ῥύμας εἰς τοῦτο τὸ κένωμα ποιοῦνται τὴν ἔξοδον, ἀλλ᾽ οὐκ εἰς μίαν συμπίπτοντες ἀνατρέπουσι καὶ συμπατοῦσιν ἀλλήλους. τάς τε τῶν παρεισαγομένων θρεμμάτων, καὶ τὰς ἐκ τῶν πολεμίων λείας εἰς τοῦτο παράγοντες, ἀσφαλῶς τυροῦσι τὰς νύκτας· Τὸ δὲ μέγιςον ἐν ταῖς ἐπιθέσεσι ταῖς νυκτερίναις, οὔτε πῦρ οὔτε βέλος ἐξικνεῖται πρὸς αὐτοὺς, πλὴν τελείως ὀλίγων, γίνεται δὲ καὶ ταῦτα σχιδὸν ἀβλαβῆ, διά τε τὸ μέγεθος τῆς ἀποςάσεως, καὶ διὰ τὴν τῶν σκηνῶν περίςασιν·

hoc vacuum exeunt; neque in eandem viam concurrentes, proterunt ſe invicem & conculcant. Præterea prædam ſive pecudum, quæ e vicinis locis adducuntur, ſive illam, quæ hoſtibus adimitur, huc agunt, noctu ſecure cuſtodiunt. Maximum vero eſt, quod in nocturnis invaſionibus neque ignis neque telum ad eos pertingit, præter omnino pauca, quæ tamen ipſa nullum inferunt damnum, tum propter intervalli ſpatium, tum propter circumpoſita tentoria.

Commentatio.

Caſtrorum forma fit quadrata æquilatera) Græci ſæpe utebantur forma rotunda. De Spartanis Xenophon: ἐρῶ δὲ καὶ ᾗ ςραλοπεδεύεσθαι ἐνόμισε χρῆναι Λυκοῦργος. Διὰ μὲν γὰρ τὸ τὰς γωνίας τοῦ τετραγμένου ἀχρήςους εἶναι, εἰς κύκλον ἐςρα-

ἐςρατοπεδεύσατο, πλὴν ὄρος ἀσφαλὲς εἴη, ἢ τεῖχος, ἢ ποταμὸν ὄπισθεν ἔχοιεν: *Dicam & quomodo caſtra poni oportere cenſuerit Lycurgus. Quia enim angulos diſpoſiti loci inutiles arbitrabatur, in orbem magis caſtra ponebat, niſi aut mons aliquis tutamen daret, aut murus, aut fluvium a tergo haberent.* Romanis autem placuit quadrata forma. Hinc Joſephus ſcribit Lib. III.. διαμετρεῖται παρεμβολὴ τετράγωνος αὐτοῖς: *ad menſuram conſtituuntur iis caſtra quadrangula.* Vegetius tamen & alias formas ſuo ævo in uſu fuiſſe oſtendit, & exemplo Græcorum ad locum fere accommodatas. *Pro neceſſitate loci*, inquit, *vel quadrata*, vel *rotunda*, vel *oblonga caſtra conſtitues*, Lib. III, c. 8.

Æquilatera) parum abeſt, quin Figura Caſtrorum ſupra delineata ad formam quadratam ſive æquilateram accedat.

Vallum vero ſejungunt a tabernaculis.) Caſtra comparat cum urbe, ſi igitur in imagine iſta urbis manere libet, vacuum illud haud abſurde pomærium dicas, quia introrſum poſt muros eſt. Cujus triplex uſus oſtenditur; primus

Ad copias inducendas & educendas) nimirum ut compoſiti ingrediantur, & in vacuo illo per genera & manipulos ſe dividant: Iterum in egreſſu ſic ſe jungant. Quod utiliſſimum fuit, ſi eruptione pugnandum eſſet. Secundus

Ad prædam & pecudes cuſtodiendas) mira prudentia, ne hoc quoque nomine confuſio aliqua in caſtris oriretur; ſiquidem plerique homines prædæ & opibus nimis intenti ſunt. Non tamen diutius ibi præda eſt ſervata; ſed ab ipſis militibus aut Quæſtore mox divendita. Pecudes hic intelliguntur tam eæ, quæ ex hoſte captæ, quam illæ, quæ in militarem cibum ſequebantur. Tertius

In nocturnis invaſionibus.) Si hoſtis, inquit alibi, noctu aſſiliat, aut per inſidias & clam tela immittat, innoxia fere ſunt ob illud ſpatium interjectum, & cum perveniunt, viribus defecta. *Ignis* voce hic intelliguntur tela ignita ſive faces, quæ veteribus in crebro uſu fuerunt.

Tum propter circumpoſita tentoria) hæc dixerunt etiam tabernacula, ſive a tabulis & aſſeribus, ex quibus conſtabant, cujusmodi in hibernis fortaſſe & perpetuis caſtris utebantur. Iſidorus: *dicta tabernacula, quod cortinæ funibus diſtentæ Tabulis interſtantibus appenderentur, quæ tentoria ſuſtinerent; ſive a Tabernis,* ut vult Feſtus: *a Tabernis tecta caſtrenſia, quamquam pellibus contegantur, Tabernacula dicta.* Vulgo autem tentoriis e corio aut pellibus confectis utebantur. Unde & nomen ortum eſt, quia funibus tendebant & detendebant. Cæſar Lib. VII. Gall. *Signo profectionis dato, tabernaculisque detenſis.* Quod e pelle & corio fuerint, docet Joſephus de Romanis loquens: τάς δέῤῥεις ᾗς ὑπεσκήνουν: *pelles ſub quibus tendebant.* Tacitus: *Tributum iis (Friſiis) Druſus modicum juſſerat pro anguſtia rerum, ut in uſus caſtrenſes coria boum penderent.* In tentoriorum ſcilicet uſum & ſcutorum: interdum, ubi inopia, etiam ſtramentis, centunculis aut veſtibus utebantur. Sic Cæſar cum milites in Africam expeditos, & nihil præter arma ferentes transvexiſſet: Attenuati illi, oppido per quam pauci ſub pellibus acquieſcebant; reliqui ex veſtimentis tentoriolis factis, atque arundinibus ſcoriisque contecti permanebant. *Tentoria etiam ex lino facta*, noſtrate ipſo ritu, clare indicat Suidas: Τένδα παρ' ἡμῖν οἰκία ἐκ λίνου: *Tenda apud nos domus ex lino.* Tamen reperiebantur etiam *ex ligno* parata. Procopius de Beliſario Lib. II. B. Perſ. *Ipſe ſubito tugurio ex craſſis aſſeribus compacto, quod Papilionem vocant.* Illud tentoriorum genus dictum vult Iſidorus a Papilionibus: *Papiliones, a ſimilitudine parvi avi-*

animalis volantis. Jam libet inquirere, quot tentoria in Manipulum fuerint poſita. Lipſius autumat, duodecim fuiſſe data. Vegetius Lib. II. c. ult. tradit, undecim homines una tetendiſſe, & id *Contubernium* fuiſſe appellatum. *Singula*, inquit, *Contubernia*, hoc eſt, *undecim homines deputantur.* Idem præſidem iis dat *Decanum*, qui & ipſe ſcilicet eſt undecimus: *Decani decem militibus præſunt, qui nunc caput contubernii vocantur.* Ab iſto capite Italis fortaſſe hodie Caporales, ſive, ut alii malunt, Corporales, & ad Ammiani Concorporales nos remittunt. Hyginus porro hunc numerum minuit, & octo in contubernio ponit. *Centuria habet milites octoginta, papiliones tendit decem, papilio tegit homines octo.* Vegetii numerus magis convenit in Polybianum ævum, nec pro ipſa area ineptus videtur, ita ut terna & terna ſteterint tabernacula, ordine quaterno. Atque iſtæ ſunt veluc domus militares cuique notæ, & ſciebant quoto, & apud quem manerent. Itaque familiaritas quædam erat & nexus: *Contubernales eſſe:* ſicut *Adtubernales* Feſto dicti quorum tabernacula juncta. Centuriones in Capite cujusque Manipuli ad exitum ſiti, ut Polybius ſcripſit.

Polyb. §.10.

Τῆς δὲ ταφρείας καὶ χαρακοποιΐας, δύο μὲν ἐπιβάλλουσι πλευραὶ τοῖς συμμάχοις, παρ' ἃς καὶ στρατοπεδεύει τὸ κέρας αὐτῶν ἑκάτερον. δύο δὲ τοῖς Ρωμαίοις, ἑκατέρῳ τῷ στρατοπέδῳ μία.

Verſio Latina.

FOſſæ vero ac valli ſtruendi duo latera Sociis incumbunt, ad quæ utraque ipſorum Ala metatur: duo reliqua Romanis, cuique legioni unum. Diviſo au-

μία· Διαιρεθείσης δὲ τῆς πλευρᾶς ἑκάστης κατὰ σημαίαν, τὴν μὲν κατὰ μέρος ἐπιμέλειαν οἱ ταξίαρχοι ποιοῦνται παρεστῶτες. τὴν δὲ καθόλου δοκιμασίαν τῆς πλευρᾶς, δύο τῶν χιλιάρχων.

autem latere unoquoque per manipulos, curam partium Centuriones gerunt, & operi præſunt; univerſi autem lateris probatio ad duos e Tribunis pertinet.

Commentatio.

FOſſæ vero ac valli ſtruendi duo latera Sociis incumbunt.) Caſtra poſita quo facilius ab hoſtium inſultibus defendi poſſint, operibus externis muniuntur. In Caſtris autem muniendis perpetuus & certus ordo obſervabatur. Socii ſemper duo latera habebant, ubi tendebant, & eo ordine, quo tendebant. Romani duo reliqua, per manipulos ſic diviſi. Cum deſiiſſent Socii, tum per legiones diviſio eſt facta; & ſi plures legiones, ſingulis ſuum latus obtigit muniendum. Cæſar L. III. Civ. *Singula latera Caſtrorum ſingulis attribuit legionibus munienda.* Inter munimina caſtrorum, quibus veteres ſunt uſi, eminent *Foſſa & Vallum.*

FOSSA.

FOſſa exterius vallo eſt producta; unde phraſis: *Foſſam producere.* Tibullus:

Qua deceat tutam caſtris producere foſſam.

Dicebant etiam *Deprimere Foſſam.* Foſſa erat lata ut plurimum octo pedes, & totidem alta. Joſephus id docere videtur Lib. III. Τάφρος ἔξωθεν περιβάλλεται βά-

θος

θος τετράπηχος καὶ εὖρος ἴσον : *Foſſa exterius circumjicitur profunda quatuor cubitis, lata æqualiter.* Definit eam quatuor cubitis; ſed cubitum intelligit majorem & duorum pedum. Foſſæ autem latitudinem & profunditatem pro ratione temporis, natura loci & arbitrio ducis augebant. Vegetius: *Milites*, inquit, *gladio cincti foſſam aperiunt, latam aut novem aut undecim aut tredecim pedibus; vel ſi major adverſariorum vis metuitur, pedibus decem & ſeptem vel novem.* Imparem enim numerum ſervari moris eſt. Secundum opus externum eſt

VALLVM.

Vallum appellant aggeſtum e terra & ſudibus, ad labrum interius foſſæ, velut murum. Valli igitur duæ ſunt partes, *Agger*, & *Sudes.* *Agger* eſt ipſa terra, de qua Virgilius:

Caſtrorum in morem pinnis atque aggere cingit.

Ad hanc ſtructuram adhibitos eſſe ceſpites, teſtatur Plinius Lib. XXXV. cap. 14. Ceſpitum natura caſtrorum *vallis accommodata.* Hujus etiam modulum præſcribit Vegetius: *Ceſpes ſit altus ſemiſſem, latus pedem, longus pedem ſemis.* Nam nec temere aut pro arbitrio hunc exſcindere licuit, ſed omnia ad normam. Si terra ſolutior fuerit (ut Vegetius loquitur) ut ceſpes non poſſet abſcindi, tum ſane a foſſa præducebatur, aut ſepibus ductis, vel interpoſitis ſtipitibus ramiſque arborum, ne terra facile dilaberetur, agger erectus eſt. Hoc ipſum Hyginus monuit: *Cervoli, trunci ramoſi: ad hoc decurritur, ſi ſoli natura nimia teneritudine ceſpes frangeretur.*

Altera pars ſunt *Sudes* ſive *Valli*, Virgilius:

Quadrifidasque ſudes & acuto robore vallos.

In

In hunc locum Servius: *Bis idem dixit: nam & Valli & Sudes idem ſunt.* Forma ſudium ſive Vallorum quæ fuerit, prolixe docet Polybius de rebus Quinčti Flaminii in Græcia, oſtendens, habuiſſe, ut ipſe appellat, δύο κεραίας ἢ τρεῖς ἢ τέτ]αρας: *duas eminentias & velut cornua, aut tres aut quatuor.* Significat ramos in majore ſtipite, qui reciſi ut cornua eminebant. Tales præſertim in ſummo erant, eoque Varro de L. L. ut opinor, reſpexit, ſcribens: *Vallum, vel quod ea varicare nemo poſſit, vel quod ſingula ibi extrema bacilla furcillata figuram babeant literæ V.* Duplex etymon datur, ſive quod nemo ea varicando tranſcendat, ſive quod in capite & extremo bacillorum litera V. ſit expreſſa. Oſtendit amplius idem Polybius: φιλοπόνως ἀποξυμμένας τὰς κεραίας: *ſtudioſe acutas fuiſſe eminentias illas vallorum,* & cauſam addit: *nequis facile vallos poſſet apprebendendo evellere, lubrico ſcilicet ligno.* Cauſa etiam altera in promtu contra transgreſſum aut tranſcenſum. De cervis & his eminentiis Vallorum vide Fig. Per Vallum, ut militi caſtra ingredienti & egredienti pateret aditus, excurrebant

PORTÆ.

PORtæ caſtrorum fuerunt quatuor, Livius Lib. XL. *Ad quatuor portas exercitum inſtruxit, nimirum ad unumquodque latus unam.* Inter eas prima *Prætoria*, quæ ſcilicet vicina & a tergo Prætoris. Feſtus: *Prætoria porta appellatur in caſtris, qua exercitus ad prælium educitur. Ea igitur plerumque ſolet boſti obverti. Decumana autem averti.* Eadem etiam *Extraordinari* Livio dicitur Lib. XL. *M. Valerium erumpere Extraordinaria porta juſſit;* nimirum ab iis ipſis Turmis & Cohortibus, quæ illic tendunt. Duæ laterales & proximæ, *Principales* ſunt, e quibus diſcriminis ergo *Læva* altera; altera *Dextra* nominatur. Feſtus dicit: *Princi-*

cipalis caſtrorum porta nominatur, quod in eo loco eſt, in quo Principes ordines tendunt; i. e. primi ordines, capita & apices caſtrorum, ut Tribuni, Præfecti, primique Centurionum. Quarta, *Decumana*, a cohortibus decimis ibi tendentibus ſic dicta. Ea eſt oppoſita Prætoriæ & ab hoſte remota. Vegetius memoriæ prodidit, ſupplicia extra hanc ſumta: *Decumana, quæ appellatur*, inquit, *poſt Prætorium eſt, per quam delinquentes milites educuntur ad pœnam.* Eadem etiam *Quæſtoria* olim eſt dicta, quia Quæſtor olim in inferiore caſtrorum parte adeoque loco huic Portæ vicino tabernaculum poſuerat. De munimentis caſtrorum hactenus egimus, in quibus excitandis non ſolum Romani; ſed & Socii occupati erant, quæ res militem admodum firmavit & laboris perferendi patientem reddidit. Duo autem genera militum fuere

MVNIFICES & IMMVNES.

Illi dicebantur, qui munus fecere, i. e. foſſas & vallum ſtruxerunt, excubias & ſtationes obiere. *Hi*, qui his omnibus vacabant. Vegetius: *Munifices appellantur, qui munus facere coguntur.* In hoc genere omnes gregarii, & quibus honos aut gradus vacationem non dabat. Alii autem immunes erant, quos *Feſtus Beneficiarios* vocat. Duo enim genera Immunium: Alii, qui ex lege & more vacabant, alii, qui ex *beneficio*. Ex *lege* vacabant omnes Tribuni, Centuriones que, qui arbitri & exactores munerum erant, non actores. Item Equites ob dignitatem. Valerius Lib. II. cap. 9. *Equeſtris*, inquit, *Ordinis bona magnaque pars, quadringenti juvenes, cenſoriam notam patiente animo ſuſtinuerunt, quia in Sicilia ad munitionum opus explicandum ire juſſi, facere id neglexerant.* Ex quo liquet, immunes eos vulgo fuiſſe, nec niſi in neceſſitate admotos: quod tunc quoque recuſarunt, ne jus ſcilicet ſuum remit-

mittere aut projicere viderentur. In eodem *Immunium* numero ponuntur etiam *Veterani* & *Evocati*, quos omnino probabile eſt, cum ſponte militiam ſumerent, munerum hac neceſſitate non adſtrictos, niſi neceſſitate urgente. A quo exemplo exauctorati & qui ſub vexillo habebantur (Vexillarii,) temporibus Principum, ceterorum immunes erant (ait Tacitus I. Annal.) niſi propulſandi hoſtis. Atqui hi lege vacabant. *Beneficio* autem, quibus id indulgebatur per gratiam, ſive quia virtute meruiſſent. Hannibal Imperator Campanis concedit apud Livium Lib. XXIII. *Ne Civis Campanus invitus militaret, munusve faceret.* Nec Imperatores ſolum ipſi dabant; ſed indulgebant aut connivebant etiam pro tempore Tribuni. In Quintiliani Declamatione, pro Milite: *Tranſeo oblatam nolenti munerum vacationem & blandius adulatum militi Tribunum.* Hæc olim. At poſtea remiſſiore & minus intenta militia, Vacationes etiam pretio, idque a Centurionibus emebantur. Hi enim

Curam partium gerunt, & operi præſunt.) Quisque in ſuo manipulo. Vegetius Lib. III. c. 8. *opus Centuriones decempedis metiuntur, ne minus foderit aut eruerit alicujus ignavia.*

Univerſi lateris probatio ad duos e Tribunis.) Centuriones partibus, toti autem operi præſunt duo Tribuni, ut ſcilicet omnia apte & cohærenter fiant; & nequid ipſi Centuriones remittant. Vegetius Lib. III. cap. 8. *Tribuni circumeunt, nec ante diſcedunt, quam fuerint univerſa perfecta.*

De laborioſiſſimo Romano milite ita Livius Lib. IX. *Jam in opere quis par Romano miles? qui ad tolerandum laborem melior?* Polybius eos deſcribit λειτουργοὺς, περὶ τὰς ταφρείας καὶ χαρακοποιίας, καὶ πᾶσαν τὴν τοιαύτην ταλαιπωρίαν φιλοπονωτάτους: *operarios, & circa foſſiones & caſtrorum mu-*

munitionis, & omnem ejusmodi ærumnam, laborioſiſſimos. Exempla hujus rei paſſim ſunt obvia. Cæſar dum in Gallia eſt, præter alia, Atvaticorum oppidum obſidens, vallo pedum duodecim, in circuitu quindecim millium paſſuum, crebrisque caſtellis circummunivit. Vide hoc ſpatium & valli continui altitudinem pedum XII. & pro rata latitudinem, porro tot turres ligneas in ambitu exſtructas, & miraberis, paucis diebus tanta opera militari manu eſſe perfecta. Idem Cæſar a lacu Lemano ad montem Juram, millia paſſuum decem novem murum, in altitudinem pedum ſexdecim, foſſamque perducit, idque grande opus, una legione, non multis diebus confecit. Quamvis Situs illius loci evincat, X aut IX legendum eſſe, quos variantes numeros conjunxit forte librarius imperitus: quod etiam Cluverus Germ. A. Lib. II. 4. obſervavit.

Polyb. §. 11.

Δεδομένου δὲ τοῦ πλήθους καὶ τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἱππέων, καθ' ἑκατέραν τὴν πρόθεσιν, ἄν τε τετρακισχιλίους, ἄν τε πεντικισχιλίους εἰς ἕκαστον στρατόπεδον ποιῶσι· Παραπλησίως δὲ καὶ τῶν σημείων τοῦ τε βάθους καὶ τοῦ μήκους καὶ τοῦ πλάτους δεδομένου· Πρὸς δὲ τούτοις τῶν κατὰ τὰς διόδους,

Verſio Latina.

Poſtquam cognita & peditum & equitum multitudo eſt in ſingulis legionibus, utroque modo, ſive quatuor millium, ſive quinque millium eas facere velint: porro cum operum ſtruendorum profunditas, longitudo & latitudo data; inſuper viarum & vi-

O co-

δους, καὶ πλατείας διαστημάτων· Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων δεδομένων· Συμβαίνει τοῖς βουλομένοις συνεφιστάνειν καὶ τοῦ χωρίου τὸ μέγεθος, καὶ τὴν ὅλην περίμετρον τῆς παρεμβολῆς.

corum intervalla explorata; & denique alia omnia huc pertinentia nota ſunt; tunc facile ii, quibus volupe eſt, totius ſpatii magnitudinem & univerſum caſtrorum ambitum intelligere poterunt.

Polyb. §. 12.

Ἐὰν δέ ποτε πλεονάζῃ τὸ τῶν συμμάχων πλῆθος, ἢ τῶν ἐξ ἀρχῆς συστρατευομένων, ἢ τῶν καιροῦ προγινομένων, τοῖς μὲν ἐκ τοῦ καιροῦ, πρὸς τοῖς προειρημένοις, καὶ τοὺς παρὰ τὸ στρατήγιον ἀναπληροῦσι τόπους· Τὴν ἀγορὰν καὶ τὸ ταμιεῖον συναγαγόντες εἰς αὐτὸν τὸν κατεπείγοντα πρὸς τὴν χρείαν τόπον· Τοῖς δ᾽ ἐξ ἀρχῆς συνεκπορευομένοις, ἐὰν ᾖ πλῆθος ἱκανώτερον, ῥύμην μί-

Verſio Latina.

Quod ſi maior aliquando Sociorum ad ſit copia, vel ab initio comitantium, vel poſtea forte ſupervenientium; iſtis quidem, quos occaſio adduxit, præter jam dicta, etiam vacua circa Prætorium loca complent. Forum ipſum & Quæſtorium, ſi res exigat, in unum conferentes locum. Iis vero, qui ab initio ſimul egreſſi fuerunt, lo-

μίαν ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους τῶν Ρομαικῶν στρατοπέδων πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις παρὰ τὰς ἐκ τῶν πλαγίων ἐπιφανείας παρατιθέασι· Πάντων δὲ τῶν τεττάρων στρατοπέδων, καὶ τῶν ὑπάτων ἀμφοτέρων εἰς ἕνα χάρακα συναθροισθέντων, οὐδὲν ἕτερον δεῖ νοεῖν, πλὴν δύο στρατείας κατὰ τὸν ἄρτι λόγον παρεμβεβληκείας; ἀντεστραμμένας αὐταῖς συνηρμόσθαι, συναπτούσας κατὰ τὰς τῶν ἐπιλέκτων ἑκατέρου τοῦ στρατοπέδου παρεμβολάς, οὓς ἐποιοῦμεν εἰς τὴν ὀπίσω βλέποντας ἐπιφάνειαν τῆς ὅλης παρεμβολῆς· Ὅτε δὴ συμβαίνει γίνεσθαι τὸ μὲν σχῆμα παράμηκες, τὸ δὲ χωρίον διπλάσιον τοῦ πρόσθεν, τὴν δὲ περίμετρον ἡμιόλιον· Ὅταν μὲν οὖν συμβαίνει τοὺς ὑπάτους ἀμφοτέρους ὁμοῦ στρατοπεδέ-

locandis, ſi maior eorum ſit numerus, ſtrigam unam ab utraque parte Romanarum legionum, ſuperioribus ſtrigis, in lateribus caſtrorum addunt. Omnibus autem quatuor legionibus, ab utroque Conſule in una caſtra conductis, aliud nihil animo concipere debes, niſi duos exercitus eo, quem ſupra dixi, modo, locatos cohærere inter ſe invicem ſibi obverſos; & contingentes ſeſe, qua parte utriusque exercitus Extraordinarii locantur: quos ſtatuebamus tergum univerſorum caſtrorum ſpectare. Ita uſu venit, ut figura ſit oblonga, ſpatium prioris duplum, circuitus ſeſquialter. Ac quoties contingit, ut ambo Conſules jun-

δεύειν, ὕτως ἀεὶ] χρῶνται ταῖς στρατοπεδείαις. Ὅταν δὲ χωρὶς, τ᾽ ἄλλα μὲν ὡσαύτως, τὴν δ᾽ ἀγορὰν, καὶ τὸ ταμιεῖον, καὶ τὸ στρατήγιον, μέσον τιθέασι τῶν δυεῖν στρατοπέδων.

ſta habeant caſtra, ſemper hoc modo] diſponuntur: quoties vero ſeparata, cetera quidem ſunt ſimilia; Forum vero, Quæſtorium & Prætorium in medio utriusque exercitus conſtituunt.

Commentatio.

Quod ſi major Sociorum adſit copia.) Auctor explicat, quid ſit factum, ſi aliquando plures Socii caſu quodam ſupervenerunt, aut ſimul lecti & cum legionibus ad bellum profecti ſunt. Dicit

Præter loca jam dicta) intellige Vacua poſt Extraordinarios relicta. Nam diſerte dixit, ſpatii ibi aliquid redundare, advenientibus implendum. Sed ſi hæc non ſufficiunt, addit

Etiam locum, qui circa Prætorium, eſt vacuus) nimirum ſpatium illud centum pedum & viam latam, antea relictam. Quod ſi opus etiam ſit, totum Forum ad Prætorium usque complent, & Forum cum Quæſtorio ſolet conferri, i. e. ut locus ille vacuus antea uſibus Quæſtoris tantum deſtinatus, nunc etiam foro rerum venalium ſerviat. At vero ſi ab initio major fuerit multitudo, caſtris nondum poſitis aut vallatis, tunc

Strigam unam ab utraque parte legionum addunt.) Caſtra ſcilicet in latitudinem augent, & ad ſocios alios ponunt forma & modo dicto, Nimirum ſi major Sociorum

ad-

adventientium numerus eſt, ab utraque parte Striga una amplificant caſtra; ſin minor, tantum alterutra parte Strigam unam addunt. Ita fit media Via & alter Vicus. Quid tamen, ſi quatuor legiones ſunt, & duo Conſules? ait

Nihil aliud animo concipere debes, niſi duos exercitus.) Sententia hæc eſt: binos eſſe exercitus & bina veluti caſtra, uno ſaltem vallo clauſa. Itaque diſpoſitio tota eadem manet; duntaxat notandum, binos iſtos exercitus a tergo ſibi jungi, & extraordinarios limitem caſtrorum eſſe. Quid ſi uterque Conſul ſejunctos habere voluit ſuos? Tum, inquit,

Cetera ſunt ſimilia, Forum vero &c.) videtur dicere quod ad legiones attinet, omnia tunc fuiſſe eadem, duntaxat Prætorium, Quæſtorium & Forum admota utrinque ad vallum, & ſic communionem inter Conſules fuiſſe: ſingulis tamen caſtris vallo ſuo diſcretis. Nam hoc niſi fuiſſet, jam non eſſet metatio & caſtra diverſa.

Polyb. §. 13.

Μετὰ δὲ τὴν στρατοπεδείας συναθροισθέντες οἱ χιλίαρχοι, τοὺς ἐκ τοῦ στρατοπέδου πάντας ἐλευθέρους ὁμοῦ καὶ δούλους ὁρκίζουσι, καθ' ἕνα ποιούμενοι τὸν ὁρκισμόν. Ὁ δ' ὅρκος ἐστί. Μηδὲν ἐκ τῆς παρεμβολῆς κλέψειν. Ἀλ-

Verſio Latina.

Peracta caſtrorum metatione, conveniunt Tribuni, & ab omnibus, qui in legione quaque ſunt, & liberis & ſervis, jusjurandum exigunt, viritim ſingulis jurantibus. Eſt autem hujus modi: Nihil

Ἀλλὰ κἂν εὕρῃ τις, τοῦτ' ἀνοίσειν ἐπὶ τοὺς χιλιάρχους,

hil ſe e caſtris furaturum, verum etſi quid forte aliquis invenerit, ad Tribunos relaturum.

Commentatio.

PEracto delectu, tyrones ſtatim fidem & obſequium ducibus jurarunt, vide pag. 58. Jam peracta metatione, omnes & ingenui & ſervi jurare jubentur, ſe nemini in caſtris quicquam furto erepturos; & omnia, quæ inveniſſent, Tribunis reddituros. Quam religioſe etiam hoc jusjurandum ſervaverint, docet Polybius ſequenti §. 14.

Ab omnibus jusjurandum exigunt) viritim jurarunt, quo major religio & firmior eſſet; non per centurias aut manipulos.

Eſt autem hujusmodi.) Hæc formula, quam Polybius exhibet, ſiſtit tantum ſummam jurisjurandi militaris. Pleniorem *Cincius apud Agellium, Lib. XVI. c. 3. habet,* quæ teſtatur de Veterum providentia & prudentia. Cum delectus, *inquit*, antiquitus fieret, & milites ſcriberentur, jurejurando eos Tribunus militaris adigebat in verba hæc: in Magiſtratu C. Lælii C. F. Conſulis, L. Cornelii P. F. Conſulis, in exercitu decemque millia paſſuum prope, furtum non facies dolo malo, ſolus neque cum pluribus, pluris nummi argentei in dies ſingulos, extraque haſtam, haſtile, ligna, pomum, pabulum, utrem, follem, faculam, ſiquid ibi inveneris ſuſtulerisve, quod tuum non erit, quod pluris nummi argentei erit, uti tu ad C. Lælium C. F. Conſulem, L. Cornelium P. F. Conſulem, ſive quem ad utrum eo-

orum jus erit; proferes aut profitebere, in triduo pro-
cimo, quicquid inveneris ſuſtulerisve, ſine dolo malo,
ut domino ſuo, cujus id eſſe cenſebis, reddes, uti quod
ectum factum eſſe voles. Quæ pœna autem ſecuta ſit,
iquis peccaverit, docet Polybius infra p. 251.

Polyb. §. 14.

Ἔςι δὲ παρὰ Ῥωμαίοις τοιαύτη τις ἡ περὶ τὰς τῶν όλεων καταλήψεις οἰκονομία. Ποτὲ μὲν γὰρ ἑκάςης ἡμέρας πρὸς τὴν ρᾶξιν ἀπομερίζονται τὰ ῶν ἀνδρῶν κατὰ τὸ μέθος τῆς πόλεως. ποδὲ κατὰ σημαίας μερίζουσιν αὐτάς. ὐδέποτε πλείους ἀποτάττονται ὸς τοῦτο τῶν ἡμίσεων, δὲ λοιποὶ μένοντες κατὰς τάξεις ἐφεδρέυσι, ποτὲ μὲν ἐκτὸς πόλεως, ποτὲ δὲ πάἐντὸς ἀεὶ πρὸς τὸ ινύειν· Τῆς δὲ δυνάος διηρημένης αὐτοῖς ὰ μὲν τὸ πλεῖον εἰς ρατόπεδα Ῥωμαϊκά, δύο τῶν συμμάχων·

Πο-

Verſio Latina.

Romani, quoties urbs aliqua ab ipſis capitur, id negotium ſic adminiſtrant. Solent diebus ſingulis ad rem gerendam viros idoneos pro loci magnitudine, interdum ex univerſis legionibus ſeligere: interdum per ſigna & manipulos partitionem inſtituere. Nunquam autem plures dimidia parte eam ad rem adſignant. Ceteri in ſuis ordinibus manentes, in ſubſidiis ſtant, aliàs extra, alias intra muros, prout indicati periculi ratio poſtulaverit. Jam cum univerſæ copiæ ut pluri-

mum

Ποτὲ δὲ καὶ σπανίως ἀθροιζομένων ὁμοῦ τῶν τεττάρων, πάντες οἱ πρὸς τὴν ἁρπαγὴν ἀπομερισθέντες ἀναφέρουσι τὰς ὠφελείας ἕκαστοι τοῖς ἑαυτῶν στρατοπέδοις. Κᾄπειτα πραθέντων τούτων, οἱ χιλίαρχοι διανέμουσι πᾶσιν ἴσον, οὐ μόνον τοῖς μείνασιν ἐν ταῖς ἐφεδρείαις, ἀλλὰ καὶ τοῖς τὰς σκηνὰς φυλάττουσι. Τοῖς τε ἀῤῥωστοῦσι, καὶ τοῖς ἐπί τινα λειτουργίαν ἀπεσταλμένοις· Περὶ δὲ τοῦ μηδένα νοσφίζεσθαι μηδὲν τῶν ἐκ τῆς διαρπαγῆς, ἀλλὰ τηρεῖν τὴν πίστιν κατὰ τὸν ὅρκον, ὀμνύουσι πάντες, ὅταν ἀθροισθῶσι πρῶτον εἰς τὴν παρεμβολὴν, ἐξιέναι μέλλοντες εἰς τὴν πολεμίαν. Ὑπὲρ τούτου δὲ τοῦ μέρους εἴρηται πρότερον ἡμῖν διὰ πλειόνων ἐν τοῖς περὶ πολιτείας· Λοιπὸν, ὅταν οἱ μὲν ἡμίσεις τράπωνται πρὸς τὰς ἁρπα-

mum ſint eis diviſæ in legiones duas Romanas, & paria ſociorum auxilia; interdum quatuor legiones (etſi id ſit rarius) ſimul habeant; omnes qui ad diripiendam urbem fuerunt ſelecti, prædam univerſam ad ſuas quique legiones referunt. Qua vendita, Tribuni deinde æquis portionibus inter omnes pecuniam dividunt. Et habetur ratio non eorum tantum, qui in ſubſidiis manſerunt, ſed & illorum, qui tentoria cuſtodierunt: item ægrotorum, & ſiqui ad muneris alicujus curationem fuerint alio miſſi. Quod autem nihil quicquam a præda ſint averſuri, ſed fidem ſervaturi, prout jurejurando ſint obſtricti, id vero cun-

cti

παγὰς, οἱ δὲ ἡμίσεις διαφυλάττοντες τὰς τάξεις, ἐφεδρεύωσι τούτοις, οὐδέποτε κινδυνεύει Ῥωμαίοις τὰ ὅλα διὰ πλεονεξίαν· Τῆς γὰρ ἐλπίδος τῆς κατὰ τὴν ὠφέλειαν οὐκ ἀπιστουμένης ἀλλήλοις, ἀλλ᾽ ἑστηκυίας ἐπὶ τοῖς μένουσι κατὰ τῆς ἐφεδρείας καὶ τοῖς διαρπάζουσιν, οὐδεὶς ἀπολείπει τὰς τάξεις· Ὃ μάλιστα τοὺς ἄλλους εἴωθε βλάπτειν.

cti jurant, quando primum in expeditionem profecturi, conveniunt in caſtra: qua de re dicta ſunt nobis plura, cum de ejus reip. inſtitutis ageremus. Cum igitur hoc modo pars dimidia ſervatis ordinibus præſto ſit in ſubſidium diripientibus; nunquam accidit, ut propter lucri cupiditatem in diſcrimen rerum omnium perveniant Romani. Quoniam enim de conſequenda præda non diffidunt ſibi invicem; ſed ſpem certam habent ac ſtabilem, æquam ejus portionem habituros, & eos, qui prædati fuerint, nemo ordines deſerit, quæ res ſæpe aliis noxam parit.

Commentatio.

Solent diebus ſingulis) inderdum quotidie permutantur milites, qui maneant, qui rapiant; interdum minime, ſed ſemel per manipulos ſeponuntur & ſecernuntur. Nimirum ex quaque legione vel Ala quinque cohortes mittuntur, & quinque ad Signa retinentur.

Cum copiæ & plurimum ſint diviſæ in duas legiones,) Sententia eſt; Cum duæ ſint partes totius exercitus, Cives

& Socii, horum iterum duæ, Legio duplex, Ala duplex; hunc morem obtinuiſſe, ut qui ad prædandum miſſi, quisque ſuam prædam ad ſuos ferat, cives ad cives, ſocii ad ſocios: Nec id tantum, ſed ad talem legionem ſuam, & ad alam ſuam; idque confuſionis vitandæ cauſa, & ut noti veniant ad notos. Dimidium prædæ in omni diviſione habebant Socii; idque ex veteri inter ipſos pacto. Dionyſius Lib. VI. promit in fœdere icto anno Urbis CCLXI. *Auxilia invicem ferunto (Romani & Latini) ſiqui bello petantur, totis viribus. Spoliorum & prædæ ex bello æquam partem ſorte utrique accipiunto.* Nota etiam de ſorte, quam interveniſſe, ubi res dividebant, intelligimus; non ubi manubias ſive pecuniam ipſam. Hæc res una eſt inter præcipuas, quæ Socios tot ſeculis tenuit in fide, lucellum & gloria ex aſſiduis & felicibus bellis.

Id vero cuncti jurant.) Jusjurandum contra ſubtractiones aut fraudes auctor jam ſupra expoſuit. Quam continentes Romanorum veterum manus fuerint, exemplo illuſtri declarat Frontinus Lib. IV. c. 3. *Univerſi quoque exercitus notabilis ſæpe fuit continentia: ſicuti ejus, qui ſub M. Scauro meruit. Nam memoriæ tradidit Scaurus pomiferam arborem, quam in pede caſtrorum amplexa fuerat metatio, poſtero die abeunte exercitu, intactis fructibus relictam.* Hac laude ferebatur miles Romanus Polybii tempore; ab hac autem priſtina virtute defecit poſterius ævum. Hinc illæ Ciceronis querelæ *Oratione pro Lege Manilia. Itinera, quæ per hoſce annos in Italia per agros, atque oppida civium Romanorum noſtri Imperatores fecerunt, recordamini; tum facilius ſtatuetis, quid apud exteras nationes fieri exiſtimetis: utrum plures arbitramini per hoſce anno: militum veſtrorum armis hoſtium urbes, an hibernis, ſociorum civitates eſſe deletas? — — Utrum ille (Pompejus) qui poſtulat legatum ad tantum bellum, quem velit, idoneus non eſt, qui impetret; cum cæteri ad expilan-*

landos ſocios diripiendasque provincias, quos voluerunt, legatos eduxerint. In eadem Or. *Difficile eſt dictu Quirites, quanto in odio ſimus, apud exteras nationes, propter eorum, quos ad eas hoc anno cum imperio miſimus, injurias ac libidines. Quod enim fanum putatis in illis terris noſtris magiſtratibus religioſum, quam domum ſatis clauſam ac munitam fuiſſe? urbes jam locupletes ac copioſæ requiruntur, quibus cauſa belli propter diripiendi cupiditatem inferatur.* Cicero, milites Romanos ſui temporis adeo corruptis fuiſſe moribus contendit, ut tum demum, cum Pompejus bellum adminiſtraſſet, exteræ nationes credere cœpiſſent, verum eſſe, quod de priſtina Romanorum continentia memoriæ proditum ſit. *Jam omnes* (pergit ille) *quidem nunc in his locis Cneum Pompejum, ſicut aliquem non ex hac urbe miſſum, ſed de cœlo delapſum intuentur. Nunc denique incipiunt credere, fuiſſe homines Romanos hac quondam abſtinentia, quod jam nationibus exteris incredibile, ac falſo memoriæ proditum videbatur: nunc imperii noſtri ſplendor illis gentibus lucet: nunc intelligunt, non ſine cauſa majores ſuos tum, cum hac temperantia magiſtratus habebamus, ſervire populo Romano, quam imperare aliis maluiſſe.*

CA-

CAPUT V.

Ἡ περὶ τὰς τῶν στρατιωτῶν λειτουργίας οἰκονομία.

De muniis, quæ milites obire ſolent.

Polyb. §. 1.

Ἑξῆς δὲ τούτοις οἱ χιλίαρχοι διέταξαντὰς σημαίας ἐξ ἑκάστου στρατοπέδου τῶν πριγκίπων, καὶ τῶν Ἀστάτων, δύο μὲν, εἰς τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ τόπου τοῦ πρὸ τῶν χιλιάρχων. Τὴν γὰρ διατριβὴν ἐν ταῖς καθημερίαις οἱ πλεῖστοι τῶν Ῥωμαίων ἐν ταύτῃ ποιοῦνται τῇ πλατείᾳ. Διόπερ ἀεὶ σπουδάζουσι περὶ ταύτης, ὡς ῥαίνηται καὶ καλλύνηται σφίσιν ἐπιμελῶς. τῶν δὲ λοιπῶν ὀκτωκαίδεκα τρεῖς ἕκαστος τῶν χιλιάρχων διαλαγχάνει· Τοσαῦται γάρ εἰσι τῶν Ἀστά-

Verſio Latina.

DEinde Tribuni ex utraque legione Manipulos Principum & Haſtatorum ordinant: duos ad curam loci ante Tribunorum tentoria. In hac enim lata via plerique Romanorum totos dies verſantur. Propterea curam ſemper adhibent, ut aſpergatur & ſcopis mundetur diligenter. E reliquis autem octodecim quisque Tribunus ternos ſortitur. Tot enim ſunt in unaquaque legione Haſtatorum ac principum

στάτων καὶ πριγκίπων ἐν ἑκάστῳ στρατοπέδῳ σημαῖαι, κατὰ τὴν ἄρτι ῥηθεῖσαν διαίρεσιν· Χιλίαρχοι δὲ ἕξ. Τῶν δὲ τριῶν σημαιῶν ἀνὰ μέρος ἑκάστῃ ἑκάστῳ τῶν χιλιάρχων λειτουργεῖ λειτουργίαν τοιαύτην· Ἐπειδὰν καταστρατοπεδεύσωσι, τὴν σκηνὴν ἱστᾶσιν οὗτοι, καὶ τὸν περὶ τὴν σκηνὴν τόπον ἠδάφισαν· Κἄν τι περιφράξαι δέῃ, τῶν σκευῶν ἀσφαλείας χάριν, οὗτοι φροντίζουσιν· Διδόασι δὲ καὶ φυλάκεια δύο. τὸ δὲ φυλάκειόν ἐστιν ἐκ τεττάρων ἀνδρῶν, ὧν οἱ μὲν πρὸ τῆς σκηνῆς, οἱ δὲ κατόπιν παρὰ τοὺς ἵππους ποιοῦνται τὴν φυλακήν· οὐσῶν δὲ σημαιῶν ἑκάστῳ χιλιάρχῳ τριῶν ἐν ἑκάστῃ δὲ τούτων ἀνδρῶν ὑπαρχόντων ὑπὲρ τοὺς ἑκατὸν, χωρὶς τῶν τριαρίων καὶ γροσφομάχων (οὗτοι γὰρ οὐ λειτουργοῦσι) τὸ μὲν ἔργον γίνεται κοῦφον, διὰ

pum manipuli, ex ſuperiore noſtra diſtributione; Tribuni autem ſex. Trium verò horum manipulorum quisque & per vices Tribuno hujusmodi præſtant miniſterium. Ubi caſtris locus eſt captus, hi ſunt, qui tentorium ejus ſtatuere & locum circa complanare ſolent. Et ſiquid ſepiendum aut claudendum ſit ad utenſilium cuſtodiam, id quoque iſtis curæ. Dant & duas excubias. Harum ſingulas quaterni viri obeunt, quorum pars ante tabernaculum, pars a tergo juxta equos ponitur in cuſtodia. Cum autem quisque Tribunorum tres habeat manipulos, & in quaque eorum milites ſupra centum, præter Triarios

&

cum pulvis, hoc cum lutum. Fortaſſe etiam ceſpitem teſſellatim diſpoſuerunt, inſtar pavimenti: qnod ſane in Stativis & Hibernis factum autumo, niſi via illa jam lapide aut glarea ſtrata fuerat. Cum igitur tam mundi fuiſſent Romani, facile conjicimus, eos etiam extra caſtra & vallum ventrem exoneraſſe, de die; ſi verò noctu urgerentur, in tentoriis & vaſis: quas ſordes deinde vel ipſi vel calones e medio tollebant. E contrario Spartani ſe inverecundius geſſerant, de quibus Xenophon: καὶ τοὺς ἐπὶ τὰ ἀναγκαῖα ἀπιόντας οὐ δεῖ θαυμάζειν, ὅτι οὔτε ἀλλήλων, οὔτε τῶν ὅπλων πλέον, ἢ ὅσον μὴ λυπεῖν ἀλλήλους, ἀπέχονται, καὶ γὰρ ταῦτα ἀσφαλείας ἕνεκα ποιοῦσι: *Atque eos, qui ad neceſſaria ſecedunt, non oportet mirari quod haud longius ab aliis aut ab armis ſuis recedunt, quam quod ſatis ſit, ne nares offendant, hoc enim ſecuritatis cauſa faciunt, & ne excipiantur.*

Quiſque Tribunus ternos ſortitur) non ſolum hic, ſed & alibi Romani ſorte crebro utebantur. Duobus manipulis ſubductis ad purganda principia, reliqui ſunt octodecim in quaque legione, quibus inter ſex tribunos diviſis, obtingunt cuique tribuno terni manipuli.

Tentorium ejus ſtatuere) hi ergo Tribunis erant miniſtri & famuli. Milites autem hæc munia obire juſſi ſunt, tum ne ignavia & otio frangerentur, tum ut imperiis magis obnoxii eſſent.

Locum circa complanare ſolent) hoc non credo intelligendum de vero lapideoque pavimento, ſed ceſpititio; ſiquidem milites ceſpite viridi teſſellatim diſpoſito tentoria ſtraverunt, dummodo locus vicinus præberet aut diuturnior mora, ut in Stativis aut Hibernis, id poſceret. Deficiente ceſpite: etiam glaream adhibitam eſſe, non dubito. De his miniſteriis loquitur Vegetius Lib. III. c. 8. *Duci Prætorium præparatur, ac Tribunis tabernacula collocantur, quibus per contubernales deputatos aqua,*

li-

lignum & pabulum miniſtrantur. Quæ poſtrema etſi Polybius non expreſſit; tamen fuiſſe olim cenſeo, & aquatum, lignatum, pabulatum milites iſtos iviſſe in uſum Tribunorum.

Dant & duas excubias) præterea e ternis illis manipulis Tribuni ordine ſibi eligunt excubitores, qui veluti cuſtodes & famuli erant, quorum pars Tribunos, ſi exibant, comitabatur, ut honeſte ſcilicet per caſtra & alibi incederent militibus ſic ſtipati. Hunc morem collapſum reſtituit Alexander Severus Imperator: *Apparitores nullos eſſe paſſus eſt*, ſcribente Lampridio; *Tribunis aut Ducibus, niſi milites anteire noluit; juſſitque, ut ante tribunum quatuor milites ambularent, ante ducem ſex, ante legatum decem.* Quatuor milites attribuit tribuno, qui Polybio faciunt unam (liceat ita loqui) Excubiam. Duci adſignat ſex milites, qui olim Legatus dictus, legioni nempe præpoſitus. Sed dicit Lampridius, Legato decem eſſe datos. Intelligit Legatum conſularem aut exercitus primarium Ducem. Ex quo colligimus, Duci ſive Legato, tres excubias i. e. 12. Milites, & ſummo Imperatori quinque excubias, i. e. 20. milites eſſe datos.

Harum ſingulas quaterni viri obeunt.) Una Excubia conſtabat ex viris quatuor, qui numerus etiam fuit Vegetii tempore. *De ſingulis*, inquit, *centuriis quaterni equites, & quaterni pedites excubitum noctibus faciunt.* In Actis Apoſtolicis hoc ſenſu ſcribitur, c. 12. de Petro: παραδοὺς τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν φυλάσσειν αὐτόν: *Miſit in carcerem, tradens eum quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum; id eſt,* adjungens ei excubias quatuor.

Leve boc munus illis eſt.) Senſus eſt. Tres ſunt manipuli: primo die, primus manipulus dat vigiles ſive cuſtodes, ſecundo, ſecundus; tertio, tertius; ergo ad primum

mum manipulum quarto die munus redit. Si quisque Manipulus quotidie dat duas excubias; i. e. 8. milites, ſunt in quoque manipulo (120.) quindecim duplices tales Excubiæ; ergo quadraginta quinque in tribus manipulis, atque ita non niſi quadrageſimo quinto die ad ſingulos venit excubandi officium.

Præter Triarios & Velites) hi illa officia non præſtant. Triarii ob dignittaem, Velites ob vilitatem; & quia utrique alio vocabantur.

Polyb. §. 2.

Τοῖς δὲ χιλιάρχοις ἅμα μὲν τὸ τῆς εὐχρηστίας ἀναγκαῖον; ἅμα δὲ τὸ τῆς τιμῆς, διὰ τῶν προειρημένων ἀποτελεῖται σεμνόν, καὶ προστατιμόν. Αἱ δὲ τῶν τριαρίων σημαῖαι, τῆς μὲν τῶν χιλιάρχων παραλύονται λειτουργίας. Εἰς δὲ τοὺς τῶν ἱππέων οὐλαμοὺς ἑκάστη σημαία, καθ' ἡμέραν δίδωσι φυλάκειον, ἀεὶ τῷ γειτνιῶντι κατόπιν τῶν οὐλαμῶν, οἵτινες τηροῦσι μὲν καὶ τἄλλα, μάλιστα δὲ τοὺς ἵππους, ἵνα μήτ' ἐμπλεκόμενοι τοῖς δέσμασι βλά-

Verſio Latina.

Tribunis vero tam commoditas ex hiſce miniſteriis, quam dignitas & honos imperio accedit. Triariorum porro manipuli liberi quidem ſunt a miniſterio Tribunis præſtando; ſed eorum ſinguli turmis equitum quotidie quaternos milites præbent ad excubandum ei turmæ, quæ a tergo proxime aſſidet: qui cum alia cuſtodiunt, tum maxime equos, ne aut vinculis impliciti fiant

βλάπτωνται πρὸς τὴν χρείαν· μήτε λυόμενοι καὶ προσπίπτοντες ἄλλοις ἵπποις, ταραχὰς καὶ θορύβους ἐμποιῶσι τῷ στρατοπέδῳ. Μία δ᾽ ἐξ ἁπασῶν καθ᾽ ἡμέραν σημαία ἀνὰ μέρος τῷ στρατηγῷ παρακοιτεῖ, ἥτις ἅμα μὲν ἀσφάλειαν παρασκευάζει τῷ στρατηγῷ πρὸς τὰς ἐπιβουλάς, ἅμα δε κοσμεῖ τὸ πρόσχημα τῆς ἀρχῆς.

fiant inutiles, aut ſoluti in alios equos incidant, trepidationem atque tumultum faciant. Unus vero ex omnibus manipulis in diem Imperatori excubat, qui & tutum ab inſidiis eum præſtat, & imperii majeſtatem ſimul ornat.

Commentatio.

Turmis equis quaternos milites præbent ad excubandum) cum Triarii poſt ipſos equites collocati ſint, percommodum viſum, ut iis miniſtrarent ſine ulla ſua moleſtia, & in ſuis tabernaculis manentes. Nam & hæc adjungit, quemque manipulum quatuor tantum milites ad excubandum dediſſe Turmæ præpoſitæ, & cui ipſe ſubjunctus erat: φυλάκιον enim numero ſingulari Polybius. Convenienter id ipſum, quoniam nec equitum tanta dignitas, & quia ipſi Triarii non niſi dimidiati erant ad alios manipulos. Sic ubique analogiam & circumſpectionem obſervarunt Romani.

Ne trepidationem atque tumultum faciant.) Cujus rei exemplum in Tacito I. Annal. *Forte equus abruptis vinculis vagus & clamore territus, quosdam occurrentium obturbavit. Tanta inde conſternatio in caſtris irrupiſſe Germa-*

manos credentium, ut cuncti ruerent ad portas. Et addit, *ſiſti non potuiſſe, niſi Legatus ipſe ſe projeciſſet in limine portæ, & fugam repreſſiſſet.*

Unus vero ex omnibus manipulis) hic dubium oritur, unusne ex omnibus omnino legionibus manipulus, an tantum ex triginta unius legionis. Nihil Polybius definit: pari modo ſilet de Sociis, utrum immunes fuerint, nec ne. Fortaſſe tribuendi ſunt ad exemplum Legionis, ut quidam Manipuli Principia munda habuerint in ſua parte, alii excubias egerint ante tentoria Præfectorum, exemplo tribunitio, denique & unus manipulus Imperatori officia ſua præſtiterit. Nec quicquam dicit Polybius de

EXCVBIIS ad PORTAS

agendis; cum tamen aliquam ibi tutelam & cuſtodiam fuiſſe, ratio & teſtimonia evincant. Paſſim legitur de excubitu in porta & ante portas. Et Romanus mos fuit, totas cohortes & turmas collocare ante ipſas portas; non unum aut alterum militem, ut hodie ſolet. Id vocabant ab ipſa re Stationes. Stabant enim. Cæſar Lib. II. Civ. *Quæ in ſtatione pro caſtris erant Afranii cohortes.* Ubi ſimul habes Pedites, at equites in Hirtio: *Turmæ interdum equitum, quæ pro vallo in ſtatione erant, Cæſari renunciarunt.*

Stationes autem a *Vigiliis* diſtinguunt, quod illæ diurnæ eſſent. Livius Lib. XXVIII. *In ſtationes ac vigilias ordine ibant.* Tacitus Lib. I. Annal. *Vigiliæ ſtationes, ac ſiqua alia præſens uſus indixerat.* Ammianus *Stationes agrarias* aliquoties dixit, quod in agris ſcilicet & ſub dio agerentur. Vegetius compendio *Agrarias.* Stationes deſeruiſſe capitale fuit. Polybius Lib. I. πρόστιμον παρὰ Ῥωμάιοις θάνατός ἐστι τῷ προεμένῳ τὸν τόπον, καὶ φυγόντι τὸ παράπαν ἐξ ἐφεδρέιας: *Pœna mortis apud Romanos il-*

ſi qui locum deſeruiſſet aut omnino fugiſſet ex ſtatione. Suetonius de Auguſto Cap. XXIV. *Centuriones ſtatione deſerta, itidem ut manipulares, capitali animadverſione puniit.* Sed hic quæritur, quo ordine, quo numero milites ſtationes ſubierint? Polybius tacet. Vero haud abſimile videtur, ad ſingulas portas non minus, una cohorte & una turma, interdum etiam, ſi hoſtis immineret, plures ſtetiſſe. Cum autem quatuor portæ, & in univerſum quadraginta cohortes, & totidem turmæ ſint, (nimirum Polybio juſtus exercitus complet duas legiones civium Romanorum, & duas legiones Sociorum: quæque legio continet 10. cohortes & totidem turmas; & ſic quatuor illæ legiones dant quadraginta cohortes & totidem turmas,) ergo munus rediit decimo quoque die ad primam cohortem. Atque hæ Stationes olim quidem totum diem habitæ; ſed mutavit Æmilius. Livius Lib. XLIV. *Stationum quoque morem mutavit, armati omnes, & frenatis equis equites, diem totum perſtabant. Id cum æſtivis diebus, urente aſſiduo ſole fiebat, tot horarum æſtu ac languore ipſos equosque feſſos, hoſtes integri ſæpe adorti, vel pauci plures vexabant. Itaque ex matutina ſtatione ad meridiem decedi, & in poſtmeridiem ſuccedere alios juſſit.* Quod ſi ex inſtituto Æmiliano, duæ quotidie cohortes & totidem turmæ per vices in ſtationem ſuccedebant, ordo rediit ad primos poſt quintum diem.

Polyb. §. 3.

Τὴν δὲ καθόλȣ δοκιμασίαν τῆς πλευρᾶς δύο τῶν χιλιάρχων. Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν λοιπὴν τὴν κατὰ τὸ

στρα-

Verſio Latina.

Univerſam lateris probationem duo tribuni faciunt: ſimiliter & reliquam caſtrenſem cu-

ram

στρατόπεδον ἐπιμέλειαν οὗτοι ποιοῦνται. Κατὰ δύο γὰρ σφᾶς αὐτοὺς διελόντες, ἀνὰ μέρος τῆς ἑκμήνου τὴν δίμηνον ἄρχουσι, καὶ πάσης οἱ λαχόντες τῆς ἐν τοῖς ὑπαίθροις προΐστανται χρείας. Ὁ δ᾽ αὐτὸς τρόπος τῆς ἀρχῆς ἐστι καὶ τῶν πραιφέκτων περὶ τοὺς συμμάχους. Οἱ δ᾽ ἱππεῖς καὶ ταξίαρχοι πάντες ἅμα τῷ φωτὶ παραγίνονται πρὸς τὰς τῶν χιλιάρχων σκηνὰς, οἱ δὲ χιλίαρχοι πρὸς τὸν ὕπατον. Κἀκεῖνος μὲν τό κατεπεῖγον ἀεὶ παραγγέλλει τοῖς χιλιάρχοις, οὗτοι δὲ τοῖς πολλοῖς, ὅταν ἑκάστων ὁ καιρὸς ᾖ.

ram hi ſuſtinent. In binos enim dividentes ſeſe, mutua vice ſemeſtris ſpatii menſes duos imperant: & quibus ſors evenit, univerſæ adminiſtrationi caſtrenſi præſunt. Eadem eſt imperandi ratio etiam Præfectorum inter Socios. Equites vero & ductorum ordines (Centuriones) cum prima luce veniunt ad tentoria Tribunorum; Tribuni autem ad Conſulis. Hic, quicquid agendum, Tribunis edicit: Tribuni, equitibus centurionibusque: iſti militibus, ubi ſuum quæque res tempus eſt nacta.

Commentatio.

Univerſam lateris probationem) duo Tribuni, nimirum ex quaque legione unus: hoc comma conjunge cum §. 10. Cap. 4.

Reliquam caſtrenſem curam hi ſuſtinent) nempe vigilias diſponere, circuire, teſſeras & ſignum dare; denique quicquid ad uſum, imperare ſolent. Sed imprimis etiam jus dicebant, & cauſas ſive lites militares cognoſcebant. Livius Lib. XXVIII. *Tribunos & jura reddere in principiis ſinebant, & ſignum ab iis petebant. Imo puniebant etiam, & de capite cognoſcebant.*

In binos ſe dividebant) Unius Legionis ſex Tribuni erant, quorum ſemper bini binos imperabant menſes, & ſic omnes ſex Tribuni ſex illis menſibus, quibus expeditio conſumebatur, imperio honoratos ſe videbant. Cum duæ legiones in caſtris, quatuor erant Tribuni, qui imperabant; non continuo; ſed diebus alternis. Id a Conſulibus quoque factum, cum uterque in caſtris, ut imperia in dies mutarent. Quamvis res ita ſe habeat; tamen Polybius ſæpe ita loquitur, quaſi ad unum fere tribunum omnia referret. Ad unum nimirum, cum de una legione, ad duos, cum de duabus ſit ſermo. Quod probe notandum, niſi paſſim in ejus verbis hærere velimus. Ceterum iſta diviſio prudens fuit & ad concordiam accommodata. Quisque enim ſuis diebus & menſibus in ſua legione imperium exercebat. Ad hanc diviſionem ſpectavit Livius Lib. XXXIV. *Secundæ legionis Fulvius Tribunus militum erat, is ſuis menſibus dimiſit legionem.* Diſerte ait menſes, numero plurali; & Polybius hic duos menſes. Alioqui diviſio potuiſſet inſtitui, ut e quaque legione unus in menſem imperium teneret. Sed non eſt ita; & quæ ratio in Centurionibus duobus valuit, ut altero ægro aut impedito, alter nihilominus munia obiret, illa etiam hîc. Imperium ſex Tribunorum in ſemeſtre tantum non in totum annum prorogobatur. Ratio fuit, quod annus actionibus & negotiis inæqualis erat. Æſtas tota in expeditione & opere; hiems otio conſumebatur. Nequis ergo queri poſſet aut honoratum ſe parum, aut nimis oneratum, omnes ad negoti-

um

um aut otium admittebantur, prout tempora erant. Cui conſuetudini fortaſſe Tribuni ſemeſtres ortum ſuum debent.

Eadem eſt imperandi ratio Præfectorum inter Socios) Qui Præfecti Tribunis honore & jure pares putabantur.

Equites & Centuriones prima luce veniunt) dicit omnes Equites; ſed intelligi tantum videntur Decuriones, & ii modo, qui in imperio erant; alias ille numerus prægrandis foret.

Cum prima luce veniunt) in una legione ſexaginta Centuriones & triginta Decuriones fuerunt: nec credibile, omnes veniſſe ad Tribunos; ſed tantum eos, quorum illis menſibus imperium fuit. Hi veniebant ad Tribunos ſpecie officii, ut ſalutarent eos & deducerent. Ipſi Tribuni cum hoc comitatu ad imperatorem ſuum pergebant. Quæ res dignitatem imperantium augebat, & ſubditis venerationem imprimebat. Joſephus Lib. III. Excid. Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω, τὸ ςρατιωτικὸν μὲν ἐπὶ τὺς ἑκατοντάρχας ἕκαςοι, πρὸς δὲ τὺς χιλιάρχας ὗτοι συνίασιν ἀσπασόμενοι; μεθ᾽ ὧν πρὸς τὸν ἡγεμόνα τῶν ὅλων οἱ ταξιάρχαι πάντες· *Mane & ſub auroram, milites quidem ſinguli ad Centuriones, ad Tribunos porro iſti conveniunt ſalutaturi; cum quibus ad Ducem primarium omnes deinde ordinum ductores.*

Hic, quicquid agendum, Tribunis edicit) Imperator tunc iis *Signum* dat & alia pro tempore edicit agenda. *De Signo* clare Joſephus Lib. III. Ὁ δὲ αὐτοῖς τότε ἐξ ἔθυς σημεῖον, καὶ τὰ ἄλλα παραγγέλματα δίδωσι διαφέρειν εἰς τὺς ὑποτεταγμένυς: *Ipſe vero (Imperator) tunc illis ex more ſignum dat & alia mandata perferenda ad ſubjectos.* Cur tamen tam mane Signum, ſi intelligimus, nocturnum & vigiliarum. Ideo, quia & Tribuni plerumque toto die occupati; & Imperator ipſe multis negotiis diſtrictus fuit aut peregre proficiſcebatur. Proinde igitur & matu-

ture petebant, donec promendi tempus; & veſpère peterent centuriones. Pulcherrimum hic admiremur imperandi modum. Imperator Tribunis edicit, iſti Centurionibus, Centuriones ſuis. Qui modus etiam olim obtinuit apud Spartanos, ut ſcribit Thucydides: *Βασιλέως ἄγοντος ὑπ᾽ ἐκείνου πάντα ἄρχεται, καὶ τοῖς μὲν πολεμάρχοις αὐτὸς φράζει τὸ δέον, οἱ δὲ τοῖς λοχαγοῖς, ἐκεῖνοι δὲ τοῖς πεντηκοντατῆρσιν, αὖθις δὲ οὗτοι τοῖς ἐνωμοτάρχαις, καὶ οὗτοι τῇ ἐνωμοτίᾳ: Rex cum ducit, ab eo omne imperium; & ipſe quidem Polemarchis (veluti Tribuni ſunt) quod opus eſt, edicit; iſti Centurionibus; hi Quinquagenariis; hi Decanis, hi Decuriæ.*

Polyb. §. 4.

ΤΗν δὲ τοῦ νυκτερινοῦ συνθήματος παράδοσιν ἀσφαλίζονται τὸν τρόπον. Καθ᾽ ἕκαστον γένος καὶ τῶν ἱππέων καὶ τῶν πεζῶν, οἱ ἐκ τῆς δεκάτης σημαίας ἐν τοῖς τελευταίοις μέρεσι στρατοπεδεύουσιν κατὰ τὰς ῥύμας. Ἐκ τούτων εἷς ἑκάστης ἀνὴρ λαμβάνεται κατ᾽ ἐκλογὴν, ὃς τῶν μὲν κατὰ τὰς φυλακὰς λειτουργιῶν ἀπολύεται. παραγίνεται δὲ καθ᾽ ἡμέραν, δύνοντος ἡλίου

Verſio Latina.

NOcturni ſigni traditionem tutam ſecuramque hoc modo redderunt. In unoquoque genere equitum peditumque, milites decimi ſigni in extremis ſtrigarum partibus metantur. Ex ſinguis iſtis decimis ordinibus vir unus eligitur, qui ab excubandi munere immunis eſt. Hic quotidie, ſole jam inclinante, ad Tribuni tento-

ἡλίου, πρὸς τὴν τοῦ χιλιάρχου σκηνὴν, καὶ λαβὼν τὸ σύνθημα (τοῦτο δ' ἐστὶ πλατεῖον ἐπιγεγραμμένον) ἀπαλλάττεται πάλιν. Ἀναχωρήσας δ' ἐπὶ τὴν αὑτοῦ σημαίαν, τότε ξυλόφιον παρέδωκε, καὶ τὸ σύνθημα μετὰ μαρτύρων τῷ τῆς ἐχομένης σημαίας ἡγεμόνι· Παραπλησίως δὲ πάλιν οὗτος τῷ τῆς ἐχομένης. Τὸ δ' ὅμοιον ἑξῆς ποιοῦσι πάντες, ἕως ἂν ἐπὶ τὰς πρώτας καὶ σύνεγγυς τοῖς χιλιάρχοις στρατοπεδευούσας σημαίας ἐξικνῆται. τούτους δὲ δεῖ τὸ πλατεῖον ἔτι φωτὸς ὄντος ἀναφέρειν πρὸς τοὺς χιλιάρχους. Κἂν μὲν ἀνενεχθῇ πάντα τὰ δοθέντα, γιγνώσκει, ὅτι δέδοται τὸ σύνθημα πᾶσι, καὶ διὰ πάντων εἰς αὐτὸν ἥκει· Ἐὰν δ' ἐλλείπῃ τι, παραπόδας ζητεῖ τὸ γεγονὸς, εἰδὼς ἐκ τῆς ἐπιγραφῆς ἐκ ποίου μέρους οὐχ ἥκει τὸ

torium venit, & Teſſera accepta (ea eſt tabella latiuſcula & inſcripta) iterum abit. Qui ad Signum (manipulum) ſuum reverſus, parvulum id lignum ſive teſſeram, adhibitis teſtibus, proximi Ordinis duci tradit: ille ſimiliter ſequentis Centurioni: atque idem omnes deinde faciunt, donec ad primos ordines, qui prope Tribunos tendunt, teſſera perveniat. Hos oportet tabellam ad tribunos referre, dum adhuc lucet. Tribunus, ſi omnes fuerint relatæ, quas dederat, cognoſcit, teſſeram omnibus eſſe datam, & per omnes ad ſe veniſſe. Sin deſit aliqua, e veſtigio nquirit in factum, notum habens ex inſcriptione, cujus partis

πλατεῖον· οὗ δ' ἂν εὑρεθῇ τὸ κώλυμα, τυγχάνει τῆς καθηκούσης ζημίας.

tis tabella non ſit allata: atque cujus culpa id factum ille pœna merita afficitur.

Commentatio.

IN *unoquoque genere equitum peditumque*) dicturus de vigilus, rationem Teſſerarum præmittit. Ait igitur ex decimo quoque Signo (intelligit manipulum, cohortem, turmam) unum aliquem eligi, qui à Tribuno petat Teſſeram, auferat, dividat. Ex decimo & ultimo ſigno ideo, ut ita ordine diviſæ teſſeræ redeant ad Tribunos.

Vir unus eligitur) Unus eligitur, qui ut ei rei vacet, a reliquo munere immunis eſt. Dictus ab ipſa re *Teſſerarius*, quod nomen in marmoribus inter titulos militares ſæpius legitur: Vegetius Lib. II. c. 6. *Teſſerarii, qui teſſeram per contubernia militum nuntiant.*

Ad Tribuni tentorium venit) Ergo a Tribuno Signum petitur. Tribunus vero illud a ſummo duce accepit; ſiquidem illud Signum ſive Teſſera, conſenſu omnium populorum, refertur inter imperii notas. Tacitus I. Annal. *de Tiberio verbis abnuente, re autem Principatum arripiente:* Signum tamen imperatoriis cohortibus, ut Imperator dederet. Petebant ergo & capiebant Tribuni ab ipſo primo Duce, at a Tribunis deinde milites.

Ea eſt tabella latiuscula & inſcripta) Teſſeram illam quam σύνθημα nominat, dicit, eſſe tabellam latiuſculam, Græce uno verbo πλατεῖον; dicit etiam, eſſe ex ligno, cum eam ξυλήφιον ſive parvulum lignum appellet. Nonnulli inventorem teſſeræ extollunt Palimedem; ſed nullo fundamento. Quisquis autem ſit inventor, res ſane

ve-

vetus, & Hiſtoricis æque ac Poëtis nominata. Virgilius Lib. VII. Æneid.

Claſſica jamque ſonant, it bello teſſera ſignum.

Nec ad Vigilias ſolum, ſed & ad mandata adhibuerunt, quæ Teſſeris inſcripta erant. Livius Lib. XXVIII. *Scipio teſſeram veſperi per caſtra dedit, ut ante lucem viri equique curati & pranſi eſſent, armatus eques frenatos teneret equos.* Teſſeræ etiam iter denuntiabant. Ammianus Lib. XXI. *Per teſſeram edicto itinere.* Idem: *Miſſa per Provinciales numeros expeditionali teſſera, cunctos tranſire juſſit Euphratem.* Ex quo patet, ad abſentes teſſeram etiam miſſam, nec aliud, niſi mandatorium fuiſſe libellum. Polybius addit, πλατῶν illud inſcriptum fuiſſe; nempe ipſo nocturno Signo aut dicto, quod eſſe vellet Imperator. Sæpe unum tantum alterumve erat verbum: Interdum mandatum aut ſententiam habebat aut verſum. Imperator quidem ipſe ore dabat & pronunciabat; ſed Tribuni tum inſcribebant, & dividebant. Modus dividendi ſequitur.

Ad Signum ſuum reverſus &c.) Teſſerarius accepta teſſera a Tribuno, non loci aut dignitatis ordine dabat, incipiens a primis manipulis: ſed contra, redibat ad ſuum & ultimum manipulum, & Centurioni dabat. Ille acceptam proximi manipuli Centurioni, iſte iterum proximi; donec ad primos manipulos perventum eſſet. Bonus hic ordo dupliei modo, tum ut Vigiliæ in ultimis caſtris & hoſti propinquis ſtatim conſtituerentur, tum ut teſſera ſic via recta, & ſine ambagibus ad Tribunos rediret.

Hos oportet tabellam ad tribunos referre) videmus celeritatem. Luce ambigua & ſole occiduo, Teſſeræ a Tribuno datæ; ante ejuſdem occaſum oportuit relatas. Quid? ſi mora aut culpa. Inquiritur, punitur. Et culpa quidem ſic cognoſcitur.

Sin

Sin deſit aliqua, e veſtigio inquirit in factum) ponamus, teſſeram unam ad Tribunum non rediiſſe; inter plures unde ſcivit? ait Polybius, ἐκ τῆς ἐπιγραφῆς, ex inſcriptione. Nimirum quod ad ſymbolum aut ſignum nocturnum attinet, eadem inſcriptio in omnibus, in unam noctem. Sed præter eam, alia etiam inſcriptio, quæ notaret partem aut genus, e. g. Teſſerarius Haſtatorum, Principum, Triariorum, Equitum, quisque ſuam teſſeram accipiebat, cum notula H. P. T. E. aut tali, quæ initialibus aut pluribus literis notaret genus. Hinc non diu quærendum erat, ſi fraus aut delictum ſubeſſet; ſed ſtatim innotuit peccatum. Et nequis negaret, ſibi eſſe datam, ſine dubio adhibitis teſtibus conſignata & a Tribuno Teſſerario data, ab hoc vero Centurionibus, iterum adhibitis teſtibus eſt tradita.

Polyb. §. 5.

ΤᾺ δὲ περὶ τὰς νυκτερινὰς φυλακὰς οὕτως οἰκονομεῖται παρ' αὐτοῖς· Τὸν μὲν στρατηγὸν καὶ τὴν τούτου σκηνὴν ἡ παρακοιτοῦσα σημαία φυλάττει. τοὺς δὲ τῶν χιλιάρχων καὶ τοὺς τῶν ἱππέων οὐλαμοὺς, οἱ διατεταγμένοι, κατὰ τὸν ἄρτι λόγον, ἐξ ἑκάστης σημαίας· Ὁμοίως δὲ καὶ παρ' ἕκαστον τάγμα πάντες ἐξ ἑαυτῶν τιθέασι φυ-

Verſio Latina.

PORRO ea, quæ ad vigilias nocturnas pertinent, ab illis ſic adminiſtrantur. Imperatorem & Prætorium cuſtodit manipulus ante fores excubare ſolitus; Tribunos vero & Equitum turmas ii, qui e quoque manipulo ad id ſunt conſtituti, ut ante diximus. Similiter per ſingulos manipu-

φυλακήν. Τὰς δὲ λοιπὰς ὁ στρατηγὸς ἀποτάττει. Γίνονται δὲ ὡς ἐπίπαν τρεῖς φυλακαὶ παρὰ τὸν ταμίαν καὶ παρ' ἕκαστον τῶν πρεσβευτῶν, καὶ συμβούλων δύο. Τὴν δ' ἐκτὸς ἐπιφάνειαν οἱ γροσφομάχοι πληροῦσι, παρ' ὅλον καθ' ἡμέραν τὸν χάρακα παρακοιτοῦντες· Αὕτη γὰρ ἐπιτέτακται τούτοις ἡ λειτουργία· Ἐπὶ τῶν εἰσόδων ἀνὰ δέκα ποιοῦνται τούτων αὐτῶν τὰς προκοιτείας· Τῶν δ' εἰς τὰς φυλακὰς ἀποταχθέντων τὴν πρώτην μέλλοντα τηρεῖν, εἷς ἐξ ἑκάστης σημαίας οὐραγὸς ἄγει πρὸς τὸν χιλίαρχον ἑσπέρας. Ὁ δὲ δίδωσι τούτοις πᾶσι ξυλήφια καὶ τὰ φυλακὴν, βραχέα τελέως ἔχοντα χαρακτῆρα. Λαβόντες δ' οὗτοι μὲν ἐπὶ τοὺς ἀποδεδειγμένους ἀπολάττονται τόπους.

pulos excubias e ſuo numero omnes diſponunt; reliquas ipſe Imperator ordinat, Conſtituuntur autem plerumque tres Vigiliæ apud Quæſtorem, & apud quemque Legatorum, qui conſilium participant, duæ. At laterum exteriorum cuſtodiam Velites agunt, per totum vallum de die accubantes. Hoc enim munus eſt illis impoſitum. Hi ad unius cujusque portæ ac lateris cuſtodiam de ſuo numero denos collocant excubantes. E ſingulis autem quaternionibus eorum, qui ad agendas cuſtodias ſunt deſtinati, illum qui primus eſt in ſtatione futurus, ad Tribunum veſpere deducit agminis coactor cujusque ſigni. Is vero

ro dat omnibus iſtis Teſſerulas pro ſingulis excubiis oppidò exiguas, quæ nota quadam ſunt inſignitæ. Illì, his acceptis, ad deſignatas quisque ſtationes concedunt.

Τὸν τὴν πρώτην μέλλοντα τηρεῖν) Lipſius: τῶν δ' εἰς τὰς φυλακὰς ἀποταχθέντων ἀφ' ἑκάστου φυλακείου, τῶν τὴν πρώτην μελλόντων τηρεῖν, εἷς ἐξ ἑκάστης σημαίας οὐραγὸς ἄγει πρὸς τὸν χιλίαρχον ἑσπέρας: quæ lectio nullum gignit ſenſum.

Commentatio.

DE Vigiliis jam agit Auctor, quas νυκτερινὰς φυλακὰς nocturnas cuſtodias nominat. Latini uno verbo *Vigilias*, & diſtinguunt eas ab *Excubiis*, quæ diurnæ etiam ſunt. Unde Iſidorus non male; *Excubiæ diurnæ* ſunt *Vigiliæ nocturnæ*. Etſi illæ quoque pro his uſurpatæ; at non contra.

Prætorium cuſtodit manipulus ante fores excubare ſolitus) uti & in diurnis excubiis; & in numero nihil; ſed homines mutantur.

Similiter per ſingulos manipulos) Græce: παρ' ἕκαστον τάγμα, quod verti poſſet: per quamque legionem. Sed Polybius ordinem & manipulum ſic appellat & res vult, de illis capi.

Reliquas ipſe Imperator ordinat.) Quas reliquas? An omnes, præter eas, quas ex ſuo numero ipſi manipuli? vix apparet. Nam de more & ſorte, ut in diurnis, perobabile eſt in orbem iviſſe. Fortaſſe intelliguntur pr illas reliquas, quæ ſequuntur, Quæſtorii & Legatis adſignandæ, quibus utpote dignioribus Vigiles ipſe dedit Imperator, & fortaſſe e ſuperiori corpore Extraordinariorum, qui vicini erant.

Tra

Tres Vigiliæ apud Quæſtorem) tres quaterniones, explebant duodecim milites; & tot ante tabernaculum Quæſtoris ſtabant: Cuique Legato binæ Vigiliæ datæ ſunt. Supra quidem Cap. 5. §. 1. pag. 222. Legato quoque tres excubias dedimus; ſed hac in re meris nitimur conjecturis, quæ non ſemper veritatem adſequuntur.

At laterum exteriorum cuſtodiam Velites agunt) ambiguum eſt, utrum fuerint Velites intra caſtra, medii inter vallum & ceteros milites, vacuo illo ſpatio locati; an extra ipſa caſtra & ad foſſas. Illud ſecuritas eorum magis ſuadet; hoc Feſtus ita ſcribens: *Procubitores dicuntur fere Velites, qui noctu cuſtodiæ cauſa ante caſtra excubant, cum caſtra hoſtium in propinquo ſunt, ut M. Cato in eo, quem de re militari ſcripſit.* Certe ſi ad ipſum vallum extrorſus, in magno periculo verſabantur; etſi illi ſemper in levi habiti ſint & in vili. Seneca de Vita beata, c. 8. *Bona adventitia nobis eo loco ſint, quo in caſtris auxilia & armatura levis. Serviant iſta non imperent.* Quantum ex Polybii verbis conjicere licet, Velites ad Vallum ſedes ſuas & tentoriola habuerunt, & de die excubias egerunt ad Vallum; imminente autem hoſte, ut Feſtus vult, etiam nocturno tempore & extra vallum excubare jubebantur.

Ad unius cujusque portæ ac lateris cuſtodiam denos collocant excubantes e ſuo numero.) An ſoli Velites? Certe firmiorem aliquam manum ad ipſos aditus ut locemus, ratio jubet; ſine dubio etiam manipuli & cohortes ibi excubabant.

Illum deducit agminis coactor veſpere. Ex his aliisque certum eſt, Vigiles quaternos ſe diviſiſſe in quatuor partes, ita ut ſinguli Vigiliam unam noctis obirent, ſorte dividente. Ad quam ſortem Virgilius reſpexit:

Omnes

Omnes per muros legio ſortita periclum
excubat, exercétque vices, quod cuique tenendum eſt.

Ad vices autem & mutationem Vegetius Lib. III. cap. 8. *Quia impoſſibile videbatur in ſpeculis per totam noctem vigilantes ſingulos permanere, ideo in quatuor partes ad clepſydram ſunt diviſæ vigiliæ, ut non amplius quàm tribus horis nocturnis neceſſe ſit vigilare.* Bonum inſtitutum. Erant quatuor vigiles, atque ii una. Sed unus ex iis ſua vigilia perſtabat intentus & vere vigil; alii adjacebant aut accubabant. Itaque his quies aliqua: & ille ſtans ſi auxilium poſceret, ad manum habebat. Tergiductor ſive agminis Coactor duxit primos quosque Vigiles ad Tribunum; & idem (nam Polybius hic ſilet) fortaſſe etiam ſecundos, tertios, quartos quaterniones eo duxit, atque probabile eſt, eum etiam vigilum vicem nempe Teſſerulas accepiſſe. Caſtra noctu omnino quieta fuerunt; quapropter ſtatuendum Vigiles primos, etſi vice officii ſui expleta, tamen non diſceſſiſſe ad tentoria; ſed illic reliquum noctis manſiſſe. Idem in ſecundis & tertiis, non poſt veniſſe ſub ſuam hōram, ſed illam illic otio expectaſſe.

Dat omnibus iſtis Teſſerulas) jam ſupra C. V. §. 4. Teſſeræ & Teſſerarii mentio eſt facta. Ne igitur confundamus illam teſſeram ſupra dictam cum his teſſerulis, ſciendum, eam plane diverſam eſſe ab his. Illa unius modi eſt, & ſignum aut dictum nocturnum, quo ſeſe ab hoſte internoſcant milites. Hæ Teſſerulæ autem diverſiformes, & propriæ cuique Vigiliæ. Etiam in forma diſcrimen. Illa fuit Tabella latiuſcula; hæ plane exiguæ, & ut appellat, χάρφη aut velut taleolæ. Omnino non aliud fuiſſe videntur, quam ligneola, cum nota duplici impreſſa: altera Vigiliæ ipſius. Id hoc fine, ut Tribunus, ea reddita, ſtatim aſpiceret, quis in uno-

unoquoque manipulo, & quota Vigilia munus feciſſet, aut non feciſſet. Puta igitur fuiſſe inſculptum H. P. T. cum numeris Primi, Secundi, Tertii, Quarti Manipuli: itemque V. I, V. II: &c. i. e. Haſtati, Principis, Triarii ille & ille Manipulus: & Vigilia prima, Vigilia ſecunda; ſic deinceps adjunctum.

Polyb. §. 6.

Ἡ δὲ τῆς ἐφοδείας πίστις εἰς τοὺς ἱππεῖς ἀνατίθεται. Δεῖ γὰρ τὸν πρῶτον ἰλάρχην καθ' ἕκαστον στρατόπεδον ἑνὶ τῶν οὐραγῶν τῶν αὐτοῦ παραγγεῖλαι πρωῒ παράγγελμα τοιοῦτον, ἵνα τέταρσιν οὗτος ἐμφανίσῃ νεανίσκοις τῶν ἐκ τῆς ἰδίας ἴλης πρὸ ἀρίστου τοῖς μέλλουσιν ἐφοδεύειν. Μετὰ δὲ ταῦτα τῷ τῆς ἐχομένης ἴλης ἡγεμόνι δεῖ τὸν αὐτὸν ἀφ' ἑσπέρας παραγγεῖλαι, διότι τούτῳ καθήκει τὰ περὶ τῆς ἐφοδείας φροντίζειν εἰς τὴν αὔριον. τοῦτον δ' ἀκούσαντα παραπλησίως ταῦτα δεῖ ποιεῖν τοῖς

Verſio Latina.

At circuitionis fides curæ equitum committitur. Oportet enim primum Turmæ Præfectum, in quaque legione, uni e ſuis Tergiductoribus mane præceptum dare hujusmodi: ut quatuor juvenibus ſuæ Turmæ ante prandium edicat, ipſos eſſe, qui circuire debeant. Deinde turmæ ſequentis præfecto ſignificare idem tenetur ſub veſperam, pertinere ad ipſum circuitionis munus ſequentis diei. Hunc

τοῖς προειρημένοις εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν. Ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἑξῆς. Οἱ δὲ προκριθέντες ὑπὸ τῶν οὐραγῶν, ἐκ τῆς πρώτης ἴλης τέτταρες, ἐπειδὰν διαλάχωσι τὰς φυλακὰς, πορεύονται πρὸς τὸν χιλίαρχον, καὶ γραφὴν λαμβάνουσι, πόστην καὶ πόσας ἐφοδεῦσαι δεῖ φυλακάς. Μετὰ δὲ ταῦτα παρακοιτοῦσιν οἱ τέσσαρές παρὰ τὴν πρώτην σημαίαν τῶν Τριαρίων· Ὁ γὰρ ταύτης ταξίαρχος τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖται τοῦ κατὰ φυλακὴν βουκανᾶν· Συνάψαντος δὲ τοῦ καιροῦ τὴν πρώτην ἐφοδεύει φυλακὴν ὁ ταύτην λαχὼν, ἔχων μετ᾽ αὐτοῦ μάρτυρας τῶν φίλων. Ἐπιπορεύεται δὲ τοὺς ῥηθέντας τόπους, οὐ μόνον τοὺς περὶ τὸν χάρακα καὶ τὰς εἰσόδους, ἀλλὰ καὶ τοὺς κατὰ σημαίαν

que ſimiliter, ubi præceptum audivit, eadem facere cum jam dictis in proximum diem oportet; & ita alios quoque deinceps. Quatuor autem illi, qui e prima turma a Tergiductoribus electi ſunt, vigilias inter ſe ſortiti, Tribunum adeunt, & ſcriptum ab eo accipiunt, quotam & quot obire debeant vigilias. Deinde ad primum manipulum Triariorum ſive primum pilum accubant illi quatuor. Ejus enim Centurioni cura incumbit ad quamque vigiliam buccina ſignum dandi. Ubi tempus venit, primam Vigiliam circuit, qui eam fuerit ſortitus, teſtes ſecum habens ex amicis nonnul-

μαίαν ἅπαντας, καὶ τὰς κατ' ἴλαμόν.

nullos. Obit autem hic dictas ſtationes non ſolum circa vallum & portas, verum etiam circa manipulos omnes ac turmas.

Commentatio.

F*Ides circuitionis curæ equitum committitur*) Ἐφοδεία denotat obitum aut luſtrationem. Placet tamen vox Circuitionis, jam olim ad hanc rem deſtinata. Feſtus: *Vigiliam circuire.*

Curæ equitum) Tribuni diurnis curis feſſi quieſcebant pauliſper, & ſuccedebant Equites, dignitate & fide proximi aut pares. Alluſit ad hanc circuitionem equeſtrem & Statius, Lib. X.

> — *monitu ducis acer agebat*
> *Amphion equites, noctem vigilataque caſtra*
> *Explorare datus.*

Conſtat tamen, interdum Tribunos etiam circumiviſſe, ſi propius diſcrimen. Livius Lib. XXVIII. *A cuſtodibus probra in circumeuntes Vigilias Tribunos jacta.* Quin & ipſe Imperator interdum, quod de Tito in obſidione Hieroſolymorum Joſephus prodit: & de Mario Salluſtius.

Oportet primum turmæ Præfectum.) In quaque Turma tres Præfecti erant ſive Decuriones, ex tribus illis hæc cura primi fuit, idque per vices ibat in orbem. Legioni cuique additæ ſunt 10. Turmæ, ergo undecimo

mo die redibat ad Turmam primam circumeundi munus. Nam Polybii verba oſtendunt, ex quaque legione circuitores eſſe captos.

Scriptum ab eo accipiunt.) Lipſius putat, octo fuiſſe equites, qui luſtrationem unius noctis partiti eſſent, ex ea ratione, quod alias ſcripto opus non fuiſſet. Polybius autem loquitur tantum de quatuor. Utile tamen ſcriptum. Si enim quique in legione ſua obibant, ſciebant quidem Vigilias in manipulis; ſed quis cujus partis, ad quem locum, Prætorium, Quæſtorium, Legatos, portas excubarent, id haud certo ſcire poterant. Optime igitur Tribunus. Reſp. majoris certitudinis cauſa, ut quilibet cum nota ſuæ Vigiliæ omnes eas haberet. In re enim, unde ſalus caſtrorum pendebat, nolebant quæſtioni aut excuſationi locum ullum eſſe. Deinde factum, ut non ſolum numerum Vigiliarum, ſed & modum atque magnitudinem ſcirent. Hæc enim variabant; & alibi una erat, alibi duplices, triplices, & alibi manipulus totus. Hæc autem ſcienda, ut non de certitudine tantum, ſed & de numero referrent.

Ad primum manipulum Triariorum accubant) eum in finem, ut proximi ſint ad audiendum ſignum. Sed & honeſtum decorumque id Aquilis, ante ipſas, velut equeſtres excubias illas eſſe. Uno enim abeunte, reliqui tres accubabant.

Ejus enim Centurioni cura incumbit) quia res maximi momenti erat, ideo capiti Centurionum eſt commiſſa.

Ad quamque Vigiliam.) Quæ quatuor erant, & ſingulæ diviſæ in tres horas. Lucanus clare:

— — *jam caſtra ſilebant,*
Tertia jam vigiles commoverat hora ſecundos.

Nec

Nec Vegetii temporibus aliter, qui Vigilias diſerte quatuor virorum facit, & ſingulos tribus horis excubaſſe, Lib. III. Hinc Buccina tertia quaque hora ſonabat, ut vigiles de hora moneret. Primipilus Clepſydris eas Vigilias diſcernebat. Habebat vaſcula aquaria ſive menſuras ex aqua, ut Cæſar appellat, quibus quatuor illa tempora æqualiter diſtinguebant. Vegetius; *in quatuor partes ad clepſydram ſunt diviſæ vigiliæ.* Cæſar de Britannia Lib. V. *certis ex aqua menſuris breviores eſſe noctes, quam in continente videbamus.*

Signum buccina dandi) in Græco βυκανᾷν, Buccina, non Tuba huic rei ſerviebat. Livius Lib. VII. *ubi ſecunda Vigiliæ buccina ſignum datum eſſet.* Frontinus L. I. c. 5. *Sulla bello ſociali nocte profectus, relicto buccinatore, qui vigilias ad fidem remanentium divideret, & quarta Vigilia commiſſa eum ſequeretur, incolumes ſuos perduxit.* Interdum & Tubam eſſe adhibitam, & olim omnia Signa cecinifſe initio Vigiliarum, docet Polybius Lib. XV. Ἔςι γὰρ ἔθος Ῥωμαίοις, κατὰ τὸν τοῦ δείπνου καιρὸν τοὺς βυκανήτας καὶ σαλπιγκτὰς πάντας σημαίνειν παρὰ τὴν τοῦ ςρατηγοῦ σκηνὴν, χάριν τοῦ τὰς νυκτερινὰς φυλακὰς κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἵςασθαι: *Eſt enim mos Romanis, ſub tempus cœnæ buccinatores & tubicines omnes canere ad Prætoris tabernaculum, ut tunc vigiliæ conſtituantur.*

Teſtes ſecum habens ex amicis.) Primum fidei cauſa, ut ſi culpam alicui ingerat, non ille regerat aut abnuat: deinde decori etiam cauſa & periculi, quia nec honeſtum, nec tutum fortaſſe, ſolos ita circuire. Ergo aliquem aut aliquos ex amicis adſumebant: ſæpe ejuſdem illius ordinis, & quibus operam hanc in ſimili reddebant.

Polyb. §. 7.

ΚἈν μὲν εὕρῃ τοὺς φυλάττοντας τὴν πρώτην ἐγρηγορότας, λαμβάνει παρὰ τούτων τὸ κάρφος· Ἐὰν δ᾽ εὕρῃ κοιμώμενον ἢ λελοιπότα τινὰ τὸν τόπον, ἐπιμαρτυράμενος τοὺς σύνεγγυς, ἀπαλλάττεται· Τὸ δὲ παραπλήσιον γίνεται καὶ ὑπὸ τῶν τὰς ἑξῆς φυλακὰς ἐφοδευόντων· Τὴν δ᾽ ἐπιμέλειαν τοῦ κατὰ φυλακὴν βουκανᾷν, ὡς ἀρτίως εἶπον, ἵνα σύμφωνον ᾖ τοῖς ἐφοδεύουσι πρὸς τοὺς φυλάττοντας οἱ τῆς πρώτης σημαίας τῶν τριαρίων ἐξ ἑκατέρου τοῦ στρατοπέδου ταξίαρχοι, καθ᾽ ἡμέραν ποιοῦνται· Τῶν δ᾽ ἐφόδων ἕκαστος ἅμα τῷ φωτὶ πρὸς τὸν χιλίαρχον ἀναφέρει τὸ σύνθημα· Κἂν μὲν ᾖ πάντα τὰ δεδομένα χωρὶς

Verſio Latina.

Qui ſi primæ vigiliæ cuſtodes offenderit vigilantes, teſſerulam illam ab iis accipit; at ſi aliquem invenerit dormientem aut loci deſertorem, atteſtatus proximos, abit. Idem fit & ab iis, qui ſequentes vigilias luſtrant. Dandi autem Signi buccina ad quamque Vigiliam, ut circuitoribus cum vigiliis conveniat, curam gerunt ſuo quisque die Centuriones primi manipuli Triariorum ex utraque legione. Dein ſinguli qui perluſtraverunt vigilias prima ſtatim luce ad Tribunum Teſſeras deferunt; quæ ſi tot juveniantur, quot fuerant datæ,

ρὶς ἐγκλήματος ἀπαλλάττονται πάλιν. ἂν δέ τις ἐλάττω φέρῃ τοῦ πλήθους τῶν φυλακείων, ζητοῦσιν ἐκ τοῦ χαρακτῆρος, ποῖον ἐκ τῶν φυλακείων λέλοιπε. Τούτου δὲ γνωσθέντος, καλεῖ τὸν ταξίαρχον· οὗτος δ' ἄγει τοὺς ἀποταχθέντας εἰς τὴν φυλακήν. οὗτοι δὲ συγκρίνονται πρὸς τὴν ἔφοδον. Ἐὰν μὲν οὖν ἐν παῖς φυλαξὶν ᾖ τὸ κακόν, εὐθέως δῆλός ἐστιν ὁ τὴν ἐφόδειαν ἔχων, ἐπιμαρτυράμενος τοὺς σύνεγγυς· Ὀφείλει γὰρ τοῦτο ποιεῖν. ἐὰν δὲ μηδὲν ᾖ τοιοῦτο γεγονός, εἰς τὴν ἔφοδον ἀναχωρεῖ τοὔγκλημα.

tæ, inculpati diſcedunt. Sin pauciores aliquis referat, quam pro numero excubiarum, inquirunt ex charactere, quæ nam Vigilia defecerit. Qua recognita, Centurionem vocat. Hic deſignatos ad Vigilias adducit, qui cum circuitore diſceptant. Quod ſi penes vigiles culpa hæreat, confeſtim qui luſtravit, teſtificatum ſe eſſe proximos, declarat: hoc enim facere debet: atque ſi id non fuerit factum, ad circuitorem redit culpa.

Commentatio.

Atteſtatus proximos, abit) tam illos, quos apud ſe amicos habet, quam Vigiles proximos.

Suo quisque die Centuriones) intelligit iterum Primopilum, qui ſignum dat Vigiliis. Illud Græcum καθ' ἡμι-

μέραν reddidit Laſcaris, quotidie: melius, ſed obſcurius Lipſius, per dies: optime Caſaubonus, ſuo quisque die. Non enim opinor, bis ſignum datum, & ab utroque Centurione; ſed per vices id factitatum. Et cum quatuor eſſent (duo in quoque Manipulo) munus hoc non grave fuit in quintum quemque diem. Si ut Laſcaris, & ſingulis, aut alternis noctibus pervigilandum ad curam, in qua nihil remiſſe aut otioſe agendum.

Centurionem vocat) ejus manipuli, in quo culpa. Ceterum Vigiles armati excubabant. Tacitus de inſtaurata diſciplina a Corbulone Lib. XI. Annal. *Stationes, Vigiliæ, diurnaque munia in armis agitabantur.* Porro notandæ veniunt Vigilum voces, quibus ceteri milites excitabantur. Tacitus V. Hiſtoriar. *Flagitium ſuum ducis dedecore excuſabant, tanquam juſſi ſilere, ne quietem ejus turbarent. Ita intermiſſo ſigno & vocibus, ſe quoque in ſomnos lapſos.* Duo adhibita oſtendit ad excitandum, Signum ſive buccinam & voces. Quæ autem voces? opinor, ex ipſa re: Vigila, vigila: Auf, auf. Milites noſtri, vice officii ſui expleta, eos, quos in ſtationem oportet ſuccedere, ita excitant: abgelöſet! Græcis adhibita etiam ſunt tintinnabula aut campanulæ ad excitandum, ut tradit Thucydides Lib. IV. Suidas etiam Romanis Vigilibus ea dare videtur: οἱ περίπολοι οἱ τὰς φυλακὰς περιπολοῦντες καὶ περισκοποῦντες ἐρχόμενοι ἐπὶ τὰς φυλακὰς, κώδωνας εἶχον, καὶ τούτοις ἐψόφουν πειράζοντες τὸν καθεύδοντα, καὶ ἵνα οἱ φυλάσσοντες ἀντιφθέγγωνται: *Circuitores, qui vigilias circuibant & explorabant euntes ad Vigiles, tintinnabula habebant, atque ea concutiebant explorantes, ſiquis dormiret, & ut vigilantes voce reſponderent.* Quod nec hodie prorſus exolevit, & in arcibus plerisque ad campanulam Vigiles excitantur. *Ignes etiam excitabant milites.* In Tacito I. Annal. *Apud Romanos invalidi ignes.* In Livio: *Pluribus ignibus, quam*

quam pro numero manentium, in ſpeciem factis. Columna Trajani, ubi Vigiles ponuntur, oſtendit ſuper eos in turris feneſtra exertam facem; Cui uſui? ad illucendum, ut accedentes noſcerent, & ad excitandos milites; imo ignes in turribus aut ſpeculis plerumque adhibitos eſſe, ſcimus ad indicandum aliquid aut ſignificandum. Scipio apud Numantiam, *quem* Appianus ſcribit, *diviſiſſe caſtra & per partes adſignaſſe Tribunis, cum præcepto, ut ſi impeterentur ab hoſte, de die panno rubro in haſta ſublata ſignificarent, de nocte, igne,* Cæſar Lib. II. B. G. *Celeriter, ut ante imperaverat, ignibus ſignificatione facta, ex proximis caſtellis eo concurſum eſt.* vide Figuram Turris Facem exertam oſtendentis.

Ad Circuitorem redit culpa) qua pœna afficeretur is, qui hoc modo deliquit, vide Capite ſequenti.

CAPUT VI.

Αἱ τῶν ἀδικημάτων κολάσεις, καὶ τὰ τῆς ἀνδραγαθίας ἀριστεῖα

Polyb. §. 1.

ΚΑθίσαντος δὲ παραχρῆμα συνεδρίου, τῷ χιλιάρχῳ κρίνεται· Κἂν καταδικασθῇ, ξυλοκοπεῖται· Τὸ δ' τῆς ξυλοκοπίας ἐστὶ τοιοῦτον. Λαβὼν ξύλον ὁ χιλίαρχος, τούτῳ τοῦ κατακριθέντος οἷον ἥψατο μόνον· οὗ γενομένου, πάντες οἱ τοῦ στρατοπέδου τύπτοντες τοῖς ξύλοις καὶ τοῖς λίθοις, τοὺς μὲν πλείστους ἐν αὐτῇ τῇ στρατοπεδείᾳ καταβάλλουσι. Τοῖς δ' ἐκπεσαμένοις, οὐδ' ὡς ὑπάρχει σωτηρία· Πῶς γάρ; οἷς οὔτ' εἰς τὴν πατρίδα

τὴν

De pœnis maleficiorum & virtutis præmiis.

Verſio Latina.

STatim igitur concilio advocato, Tribunus de ejus cauſa cognoſcit, & ſi damnatus fuerit, fuſte percutitur. Fuſtuarium pœna eſt hujuſmodi. Tribunus fuſtem capit, eoque condemnatum leviter attingit ſolum. Quo facto, omnes legionarii tam fuſtibus quam ſaxis inibi intra caſtra ferientes pleroſque quidem necant: ſed & ſi qui evaſerint, non tamen propterea ſal-

vi

τὴν ἑαυτῶν ἐπανελθεῖν ἔξεστιν. οὔτε τῶν ἀναγκαίων οὐδεὶς ἐν οἰκίᾳ τολμήσειε δέξασθαι τὸν τοιοῦτον. Διὸ τελείως οἱ περιπεσόντες ἅπαξ τοιαύτῃ συμφορᾷ καταφθείρονται. Τὸ δ' αὐτὸ πάσχειν ὀφείλει τοῖς προειρημένοις, ὅτε οὐραγὸς καὶ ὁ τῆς ἴλης ἡγεμὼν, ἐὰν μὴ παραγγείλωσιν, ὁ μὲν τοῖς ἐφόδοις, ὁ δὲ τῷ τῆς ἐχομένης ἴλης ἡγεμόνι τὸ δέον ἐν τῷ καθήκοντι καιρῷ. Διόπερ οὕτως ἰσχυρᾶς οὔσης καὶ ἀπαραιτήτου τῆς τιμωρίας, ἀδιάπτωτα γίνεται παρ' αὐτοῖς τὰ κατὰ τὰς νυκτερινὰς φυλακάς. Δεῖ δὲ προσέχειν τοὺς μὲν στρατιώτας τοῖς χιλιάρχοις, τούτους δ' ἔτι τοῖς ὑπάτοις. Κύριος δ' ἐστὶ καὶ ζημιῶν ὁ χιλίαρχος, καὶ ἐνεχυράζων καὶ μαστιγῶν τοὺς δὲ συμμάχους οἱ πραίφεκτοι.

vi ſunt. Nam quæ illis ſalus, quibus in patriam quidem redire non licet? & quos neceſſariorum nemo auſit tecto recipere? quamobrem qui ſemel in eam calamitatem inciderunt, planiſſime pereunt. Idem quoque ſupplicium manet tam Tergiductorem, quam turmæ præfectum, ſi mature ille circuitores, hic ſequentis turmæ decurionem ſui officii non admonuerit. Quare cum adeo vehementer & ſine ſpe veniæ delicta hæc puniantur, diſciplina nocturnarum excubiarum inoffenſo tenore ſervatur. Tenentur autem milites quidem Tribunos obſervare, iiſque auſcultare, Tribuni vero Conſulibus. Et habet Tribunus pote-

Habet Tribunus poteſtatem.) Tria ſunt in poteſtate Tribuni: mulctam dicit, pignus capit & verberibus caſtigat. Ea, quæ hic recenſentur, in arbitrio unius Tribuni fuiſſe videntur; cum res capitis agebatur, una cum ipſo Concilium cognovit: ſic enim ſcribit initio hujus §. 1. Statim igitur concilio advocato, Tribunus de ejus, (qui Vigilias neglexit) cauſa cognoſcit, & ſi damnatus fuerit, fuſte percutitur. Aut ſolus Dux ſontes damnavit. Salluſtius de Turpilio in Jugurtha: *Juſſus a Metello cauſam dicere, poſtquam ſeſe parum expurgat, condemnatus, verberatus, atque capite pœnas ſolvit.* Metellus erat Conſul & primus Dux, cui etiam ſine cauſæ dictione, ubi res jam erat liquida, condemnare licebat. Dionyſius Lib. XI. Ὅ τε νόμος ἔδωκε ἀποκτείνειν τοῖς ἡγεμόσιν ἐξουσίαν, τοὺς ἀπειθοῦντας, ἢ τὰ σημαῖα καταλιπόντας, ἀκρίτως: *Lex dedit Ducibus facultatem interficiendi eos, qui non obediunt, aut ſigna deſerunt, idque cauſa indicta.* Hoc tam liberum jus valde fregit ferociam militis, & ad omnia obſequia eum promtum fecit. Hoc Jus Principes, quibus non ex uſu aut dignitate ſua viſa tam libera hæc poteſtas, minuerunt, gregales puniri a Ducibus permiſerunt, Centuriones aliosque primores ſibi reſervarunt. Dio Caſſius Lib. LIX. Mœcenatem ita ſuadere facit Auguſto: *Legatum Prætorium militibus præficito, exceptis iis, qui mortem aut ignominiam ſpectant. Hæc enim ad ſolum Conſularem Legatum pertinebunt, exceptis etiam Centurionibus & primariis militibus aliis. Hoc enim utrosque nulli permittere debes puniendos, ne quemquam iſtorum ſic metuant, ut & contra te aliquid auſint.* Illo tempore duplices Legati exercituum, Prætorii & Conſulares fuerunt. Illi jus in vitam non habent; hi habent, ſed cum exceptione, ut ne in digniores animadverterent. Sic Centurio adulterii reus apud Plinium Lib. VI. Ep. XXXI. judicio Trajani Imperatoris ipſe ſiſtitur: *Sequenti die audita eſt Gallita adulterii rea: nupta hæc tribuno militum, honores petituro, & ſuam & mariti dignitatem*

Centurionis amore maculaverat: maritus legato Conſulari, ille Cæſari ſcripſerat, Cæſar & nomen Centurionis & commemorationem diſciplinæ militaris ſententiæ adjecit, ne omnes ejusmodi cauſas ad ſe revocare videretur. Hæc adulterii cauſa apud ordinarium Tribunal meritò diſceptanda fuit. Sed reus Centurio erat; accuſatur ergo apud Legatum Conſularem; ſed ille gnarus ſuæ poteſtatis, Cæſaris ſententiam expoſcit. Hic damnat & adjicit in Sententia, Centurionem, & memorat inſtitutum militiæ: nec de gregariis aut talibus velle cognoſcere.

Jus pignoris capiendi) Pignus cepit Tribunus, niſi ſcilicet mulctam ſolverent milites. Huc facit Feſtus ita ſcribens: *Cenſio haſtaria dicebatur, cum militi mulctæ nomine, ob delictum militare, indicebatur, quod haſtas daret.* Privabatur ergo parto armorum, eaque pecunia debebat ſolvere.

Jus virgis aut fuſtibus cædendi) Ad caſtigationem: nam alia Fuſtium pœna fuit caſtigando, non occidendo. Ad mortem quidem etiam fuſte percuſſit, ſed de conſilii ſententia.

Polyb. §. 2.

Ξυλοκοπεῖται δὲ καὶ ὁ κλέψας τι τῶν ἐκ τοῦ στρατοπέδου, καὶ μὴν ὁ μαρτυρήσας ψευδῆ· Παραπλησίως ἐάν τις τῶν ἐν ἀκμῇ παραχρησάμενος εὑρεθῇ τῷ σώματι· Πρὸς δὲ τούτοις, ὁ τρὶς περὶ

Verſio Latina.

Fuſte autem percutitur etiam is, qui aliquid e caſtris furto abſtulit; item qui falſum teſtimonium dixit; nec non ſiquis in flore ætatis corpore ſuo deprehenditur abuſus; ad

τῆς αὐτῆς αἰτίας ζημιωθείς. Ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἀδικήματα κολάζουσιν· Εἰς δ᾽ ἀνανδρείαν τιθέασι καὶ στρατιωτικὴν αἰσχύνην τὰ τοιαῦτα τῶν ἐγκλημάτων. Ἐάν τινες ψευδῆ περὶ αὐτῶν ἀνδραγαθίαν ἀπαγγείλωσι τοῖς χιλιάρχοις, ἕνεκεν τοῦ τιμὰς λαβεῖν· Ὁμοίως ἄν τινες ἐς ἐφεδρείαν ταχθέντες, φόβου χάριν λείπωσι τὸν δοθέντα τόπον· Παραπλησίως ἐάν τις ἀποῤῥίψῃ τι τῶν ὅπλων κατ᾽ αὐτὸν τὸν κίνδυνον διὰ φόβον· Διὸ καί τινες μὲν ἐν ταῖς ἐφεδρείαις προδήλως ἀπόλλυνται, πολλαπλασίων αὐτοῖς ἐπιγινομένων, οὐ θέλοντες λιπεῖν τὴν τάξιν δεδιότες τὴν οἰκείαν τιμωρίαν· Ἔνιοι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν κίνδυνον, ἐκβαλόντες θυρεὸν, ἢ μάχαιραν, ἤ τι τῶν ἄλλων αὐτοῖς παραλόγως, ῥίπτουσιν ἐ

ad hæc is, cui ter eandem ob cauſam mulcta fuerit irrogata. Hæc talia ut crimina puniunt; ignaviæ vero & flagitio militari vertunt hujusmodi delicta. Si qui ſtrenuum aliquod factum ſuum ad Tribunos falſo referunt, præmii adipiſcendi cauſa. Similiter ſiqui in ſtatione collocati locum adſignatum formidinis ergo deſeruerunt: itemque ſi quis armorum aliquid in ipſo prælio, metu captus, abjecerit. Propterea nonnulli in ſtationibus ſuis manifeſtam mortem oppetunt, pluribus hoſtibus ingruentibus, dum imminentis ſupplicii metu adſignatum ſibi locum deſerere nolunt. Quidam vero excuſſo inter dimicandum ſcu-

to

αὐτοὺς εἰς τοὺς πολεμίους, ἢ κινδυνεύειν ἐλπίζοντες ὧν ἀπέβαλον, ἢ παθόντες τι τὴν πρόδηλον αἰσχύνην διαφεύξεσθαι, καὶ τὴν τῶν οἰκείων ὕβριν.

to aut enſe, aut alia parte armorum temere, conjiciunt ipſi ſeſe in hoſtes, ea ſpe, quod aut accepturi ſint, quæ amiſerant, aut ſiquid evenerit ſecius, manifeſtam ignominiam & contumeliam ſuorum evitaturi.

Commentatio.

QUi *furto aliquid abſtulit.*) Vigiliæ aut excubiæ neglectæ Fuſtem merebantur; ſed alia inſuper. Primo Furtum, quod Polybius palam dicit. Non hic quadrupli, aut alia mitior pœna. Sed morte mulctabantur ut plurimum ſontes. Tantæ ſeveritatis exempla etiam poſterius ævum ſtatuit. Catoni non Fuſtis; ſed manuum reſectio eſt pœna furti. Ita enim in Frontino: *M. Cato memoriæ prodidit in furto comprehenſis inter commilitiones dextras eſſe præciſas, aut ſi lenius animadvertere voluiſſent in principiis ſanguinem eſſe miſſum.* De ſanguine miſſo etiam in Agellio Lib. X. c. 8. legitur. Cauſam ſanguinis miſſi, quidam tradunt, fuiſſe notam ultimi ſupplicii, quod reus meruiſſet, quod cum clementia judicis remiſiſſet, ſpeciem tamen ejus in pauculo ſanguine fundendo ſupereſſe voluit. Suetonius in Tiberio: *Is*, inquit, *militem Prætorianum ob ſurreptum e viridario pavonem capite punivit.* Spartianus: *Peſcennium Nigrum ob unius gallinacei direptionem decem Cammanipulones, qui raptum ab uno commederunt, ſecuri percuti juſſiſſe.* Quemadmodum in caſtris furtum prohibitum fuit: ita etiam non prædari licuit, niſi interdum milites miſſi, ut ex ho-

hoſtili terra prædam agerent & ferrent ; ſed cum hac lege ut communis ea præda eſſet ; idque fiebat, ut vulgi militaris avaritia & injuſtitia coërceretur. Prædam igitur omnem in publicum vindicabant, & ad Quæſtorem deferri jubebant, & ex illa pecunia ſtipendia militibus perſolvebant. Decius quidam in accuſatione Coriolani apud Dionyſium Lib. VII. hoc ſic exprimit: *Scitis omnes, quod ſpolia & præda ex hoſtibus, quamcunque noſtra virtute adipiſcimur, eam lex jubeat publicam omnem eſſe. Nec ſolum gregarius miles aut privatus aliquis jus in hanc habet, imo nec ipſe imperator. Sed Quæſtor eam accipiens divendit, & pecuniam in ærarium publicum refert. Quam legem, ex quo urbem hanc incolimus, nemo, non dicam, ſolvit, ſed nec culpavit.* Præda igitur ut diximus, ut plurimum in publicum eſt relata, & ſi aliquando militi eſt conceſſa, ad excitandum eum in re aliqua ardua, id quoque ſub lege & diviſionis norma fiebat. Quam continentes manus hac in re haberent Romani, declarat Cap IV. §. 14.

Qui falſum teſtimonium dixit) ſecundum crimen fuit. Mireris ergo, etiam a gentilibus pietatem eſſe cultam. Capitale eſt, quia perjurio læſum eſſe ſupremum numen credunt, igitur etiam ſuprema pœna hoc crimen vindicant.

Si quis in flore ætatis &c.) tertium hoc crimen olim in toga ante Scantinium non fuit capitale ; fuit tamen in caſtris : quia ibi magna ejus occaſio fuit, omni fœminino ſexu e caſtris ejecto ; ſiquidem ne primariis quidem viris habendi ibi uxores jus fuit. Apud Tacitum III. Annal. *Severus Cæcina cenſuit : Ne quem magiſtratum, cui provincia adveniſſet, uxor comitaretur :* rationem addit : *ineſſe enim mulierum comitatui, quæ pacem luxu, bellum formidine morentur, & Romanum agmen ad ſimilitudinem barbari inceſſus convertant.* Fridericus I. Imperator inter alias etiam hanc tulit legem :

Non erit in noſtris nobiscum fœmina caſtris,
Qui reus extiterit, ſpoliis nudatus abibit
Turpiter, & naſo mutilabitur illa reſecto.

Hunc veterum Romanorum morem imitari neſciunt milites noſtri, & riſu excipiunt eos, qui cum Iſidoro caſtra dicta volunt quaſi caſta, quod caſtraretur in iis libido.

Cui ter eandem & cauſam multa fuerit irrogata) Etiam leviores & pecuniariæ culpæ capitales fiunt, ſi ter repetitæ. Cauſa, quod talem pravo ingenio cenſebant & natum ad peccandum: in eo etiam contumacia punienda videbatur. Hæc levia ſunt. Hæc ſunt levia illa, de quibus Joſephus: Προσασκοῦνται δὲ καὶ τῷ φόβῳ· Οἵ τε γὰρ νόμοι παρ᾽ αὐτοῖς οὐ μόνον λειποταξίου, ἀλλὰ καὶ ῥασώνης ὀλίγης θανατικοί: *Prædocentur & metu. Nam leges apud eos non ſolum deſertionis; ſed etiam levicula negligentiæ ſunt capitales.*

Hæc talia ut crimina puniunt) Quæ hactenus expoſuit, crimina communia ſunt & militibus & ceteris domi degentibus; quæ jam addit, propria militiæ. Et illa tamen & hæc capite ſancita. Eſt ipſa diſtinctio, quæ in Arrio Menandro JCto Lib. II. de Re Mil. *Militum delicta ſive admiſſa, aut propria ſunt, aut cum ceteris communia. Proprium militare delictum eſt, quod quis uti miles admittit.* Hæc igitur poſteriora nunc adjungit, & enumerat quatuor.

Si qui ſtrenuum aliquod factum ſuum falſo ad Tribunos referunt.) Diſcrimen hic attendatur inter falſum teſtimonium, de quo ſupra, & inter ſtrenuum factum falſo prædicatum. Illic perjurium & impietas eſt; hic non niſi mendacium & prava ambitio, quam tamen morte caſtigant. Ratio fuit, quod in militiâ eorum varia & multa

præ-

præmia virtuti propoſita, ad quæ ne indigni adſpirarent & decus hoc polluerent, rigide fraus eſt punita. Eoque magis, quod nuda profeſſio præmium capiebat. Exemplum illuſtre vide in Livio Lib. XXVI.

Si qui in ſtatione collocati.) Jam p. 228. hac de re aliquid dictum, & quam nefas deſerere ſtationem, ordinem, locum. Liceat hic addere iſtud Suidæ: *Φρουροί, τάξις ἐστὶν ἐκ διαδοχῆς ἱσταμένη πρὸ τοῦ στρατοπέδου μετὰ τῶν ὅπλων. καὶ δεινὸς ἐπ' αὐτῶν Ῥωμαίων νόμος τὸν ὑποχωρήσαντα καθ' ἡνδεποτοῦν αἰτίαν θνήσκειν· Οἱ δὲ μετὰ κολάσεως τὸν μετ' ἀρετῆς θάνατον προκρίναντες ἵστανται·* *Statio ordo eſt per vices ante caſtra ſtantium in armis. Et ſevera in eo lex eſt Romanorum, ut moriatur, qui cauſa quacunque exceſſerit. At illi præoptantes per virtutem, quam per ſupplicium mori, perſiſtunt.* Polybius reſtringit illud cauſa quacunque ad eum caſum, ſiquis formidinis ergo deſeruerit. Et merito. Nam ſi vis hoſtilis militem loco pepulit, venia illi non eſt deneganda.

Si quis partem armorum abjecerit.) Miles vitam amittit, ſi ſua arma amittat; ſed & cum hac reſtrictione, ſi acie, ſi per metum. Idem in Signiferis, qui ſigna. Livius de Appio: Lib. II. *Ubi arma, ubi ſigna eſſent? ſingulos rogitans, inermes milites, ſigno amiſſo ſigniferos, virgis cæſos ſecuri percuſſit.* Apud Germanos, ait Tacitus de mor. Germ., ſcutum reliquiſſe præcipuum flagitium, nec aut ſacris adeſſe, aut concilium inire ignominioſo fas.

Quidam in ipſo conflictu.) Catonis Cenſorii filius, qui in prælio cum Perſe Macedonum, equo delapſus, dum ſe recolligit, gladium amiſit; ad quem recipiendum inter medios hoſtium mucrones ſe immiſit, & multis vulneribus acceptis ad ſuos retulit.

R 2 Po-

Polyb. §. 2.

Ἐὰν δέ ποτε τὰ αὐτὰ ταῦτα περὶ πλείους συμβῇ γενέσθαι, καὶ σημαίας τινὰς ὁλοσχερῶς πιεσθείσας λιπεῖν τοὺς τόπους, τὸ μὲν ἅπαντας ξυλοκοπεῖν ἢ φονεύειν ἀποδοκιμάζουσι· λύσιν δὲ τοῦ πράγματος εὑρίσκονται συμφέρουσαν ἅμα καὶ καταπληκτικήν· συναθροίσας γὰρ τὸ στρατόπεδον ὁ χιλίαρχος, καὶ προαγαγὼν εἰς τοὺς λελοιπότας κατηγορεῖ πικρῶς. Καὶ τὸ τέλος, ποτὲ μὲν πέντε, ποτὲ δὲ εἴκοσι, τὸ δ' ὅλον πρὸς τὸ πλῆθος ἀεὶ στοχαζόμενος, ὥστε δέκατον μάλιστα γίνεσθαι τῶν ἡμαρτηκότων. τούτους ἐκ πάντων κληροῦται τῶν ἀποδεδειλιακότων, καὶ τοὺς μὲν λαχόντας ξυλοκοπεῖ κατὰ τὸν ἄρτι ῥηθέντα λόγον ἀπαραιτήτως·

Τοῖς

Verſio Latina.

SI quando autem eadem delicta a pluribus admitti contingat & manipuli aliquot hoſte urgente ceſſerint loco, ut omnes fuſte percutiant aut necent, non eſt moris illorum; ſed remedium ei malo invenerunt utile juxta & terribile. Exercitum enim advocans Tribunus, & in medium productis deſertoribus, acriter eos incuſat. Quo facto, modo quinque ſortitur, modo octo, modo viginti; atque ut verbo omnia dicam, ad multitudinem ſemper reſpiciens, id agit, ut decimus quisque noxiorum capiatur. Hos ex omnibus, qui ignave ſe geſ-

ſe,

Τοῖς δὲ λοιποῖς τὸ μέτρημα κριθὰς δοὺς ἀντὶ πυρῶν, ἔξω κελεύει τοῦ χάρακος καὶ τῆς ἀσφαλείας ποιεῖσθαι τὴν παρεμβολήν· Λοιποῦ, τοῦ μὲν κινδύνου καὶ φόβου, τοῦ κατὰ τὸν κλῆρον, ἐπ' ἴσον ἐπικρεμαμένου πᾶσιν, ὡς ἂν ἀδήλου τοῦ συμπτώματος ὑπάρχοντος. τοῦ δὲ παραδειγματισμοῦ μετὰ τὴν κριθοφαγίαν ὁμοίως συμβαίνοντας περὶ πάντας, τὸ δυνατὸν ἐκ τῶν ἐθισμῶν εἴληπται, καὶ πρὸς κατάπληξιν καὶ διόρθωσιν τῶν συμπτωμάτων.

ferunt, ſortitur, & in quos ea ſors cecidit, ſine ulla deprecatione fuſte percutit ad modum jam dictum. Reliquis hordeum pro tritico admetiens, extra caſtra & munitionem caſtrorum tendere eos jubet. Ita periculo & metu a ſorte æqualiter omnibus impendente; nemo enim ſcit, in quem ea ſit caſura; exemplo item dati hordei in omnes pariter edito, conſultum eſt utrique rei, ut & terror injiceretur & admiſſa culpa corrigeretur.

Commentatio.

S*Ed remedium ei malo invenerunt & utile & terribile.*) Pulcherrimum & vetuſtum inventum, *Decimatio.* Appius Conſul, cujus exercitus cum fugiſſet, capita capite punivit; ſed cetera multitudo ſorte decimus quisque ad ſupplicium lecti. Liv. Lib. II. Propria Romanis iſta lex & Patria *à Dionyſio* dicta. Ἐκ δὲ τοῦ ἄλλου πλήθους ἀπὸ δεκάδος ἑκάστης, εἷς ἀνὴρ ὁ λαχὼν κλήρῳ πρὸ τῶν ἀλ-

ἄλλων ἀπέθνησκεν. αὕτη Ρωμαίοις πάτριός ἐστι κατὰ τῶν λιπόντων τὰς τάξεις ἢ προεμένων τὰς σημαίας ἡ κόλασις: *Ex alia multitudine cujusque decuriæ vir unus, quem ſors deſignaſſet, ante ceteros periit. Ea Romanis patria quædam punitio eſt in eos, qui ordines reliquerunt aut ſigna deſeruerunt.* Et Plutarchus in Craſſo: πάτριόν τι κόλασμα *patriam punitionem* hoc ipſum appellat: nec nos morentur verba Polybii interdum quinque, alias octo aut viginti periiſſe, aſſerentis, non quaſi quintus aut octavus interfectus fuiſſet, ſed pro numero delinquentium, vult ex iis interdum tot & tot occiſos. Pone, quinque decurias peccaſſe, quinque puniantur, pone octo; octo; viginti, viginti, & ſic deinceps. Interdum tamen etiam *Viceſimatio*, imo & *Centeſimatio* adhibita, cujus utriusque rei in poſteriore hiſtoria exemplum extat, vide Capitolinum in Opilio Macrino: *Cum ſeditiones* (ſic inquit) *militares pateretur, multo ſæpius decimavit, aliquando etiam centeſimavit, quod verbum proprium ipſius eſt, cum ſe clementem diceret quando eos centeſimaret, qui digni eſſent decimatione atque viceſimatione.*

Ita periculo & metu a ſorte æqualiter omnibus impendente) Utilitatem hujus ſupplicii exponit. Periculum, inquit, omnibus imminet ob incertam ſortem, atque inde metus, qui injicitur iis, qui ſemel admoti ad extremam illam metam. Cicero cauſam hanc ipſam expreſſit. Statuerunt majores noſtri, ut ſi a multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quosdam animadverteretur, ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret. Repete tecum, ad quantum mortis metum ſint adducti tales. Stant ſub ictu mortis omnes, ſuſpenſi & anxii, quæ tamen paucos tangit & excipit: atque ii mox ipſi manibus ſuorum perituri. Adde increpationem Ducis, & publicam mœſtitiam, & nihil ſolatii, vix miſerationis: imò occulti aliquid gaudii, dum quæ ſibi quisque timuit converſa vident in capita pau-

paucorum. Præter ultimum ſupplicium, ſuperſunt alia pœnarum, ſed levium, genera.

CASTIGATIO. Hæc verberibus facta, & Polybio quoque tacta, ſcribenti, Tribunum jus habuiſſe verberandi; ipſe μαστιγοῦν dixit, quod etiam flagellare reddi poteſt; ſed non hoc loco. Servilia enim flagella ad corpus ingenuum & militare non admovebantur; ſed caſtigandis militibus *Fuſtes aut Virgæ* adhibitæ ſunt: illi honeſtiores, hæ acerbiores. *Fuſtes* iterum duplices, *e Vite aut alia materia.* E *Vite*, civibus reſervati. Livius hoc diſcrimen ingerit Lib. XVII. *Quem militem extra ordinem deprehendit, ſi Romanus eſſet, vitibus; ſi extraneus, fuſtibus cecidit.* Vitis autem geſtamen & inſigne fuit Centurionis, aut Evocati. Euſebius in Hiſt. Eccl. Lib. VII. τιμή τίς ἐστι παρὰ Ῥωμαίοις τὸ κλῆμα, καὶ τοὺς τυχόντας φασὶν ἑκατοντάρχους: *Honos quidam Romanis eſt geſtare vitem, & qui adepti, dicant Centuriones.* In Lapidibus paſſim Centurionum dignitas notatur bifurcata aut incurva vite. Græcorum quoque ducibus baculum in manu (an vitis fuerit, parum conſtat) geſtamen & inſigne fuiſſe memoriæ, produnt. Clearchus a Xenophonte ita deſcribitur: ἐν μὲν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ δόρυ ἔχων, ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ βακτηρίαν: *in manu ſiniſtra haſtam tenens, in dextra ſcipionem.* De altera caſtigatione fuſtibus communibus peracta, i. e. *Virgis*, loquitur *Lampridius* in Alexandro. *Siquis militum de via in alicujus poſſeſſionem deflexiſſet, pro qualitate loci, aut fuſtibus ſubjiciebatur, aut Virgis aut condemnationi.* Ubi Fuſtium pœna (nam per gradus ſcandit) levior cenſetur, illa virgarum, quam *Valerius* appellat *Virgarum contumelioſa verbera.* Quæ etiam raro in militia fuit adhibita, niſi ubi mors conſecuta eſt, & hæc ſolenniter præiverunt.

IGNOMINIÆ. His honeſti animi non minus coërcentur quam pœnis. Eæ multiplices Romanis fuere. Primum

mum, quod Polybius hic nominat, eſt: Hordeum pro Tritico datum. In Livio Lib. XXVII. exemplum: *Cohortibus, quæ ſigna amiſerant, hordeum Marcellus dari juſſit.* In Dione Lib. XLIX. Antonius legionibus ſuis, cum Partho ceſſiſſent, κριθὴν ἀντὶ τοῦ σίτου ἔδωκε, καὶ ἐδεκάτευσέ τινας: *hordeum pro frumento dedit, & quosdam decimavit.* Cauſa hujus rei, ut indigni viderentur communi militum cibo, ſed rejicerentur, & jungerentur potius cum jumentis.

Alterum *PRIVATIO ÆRIS*, cum ſtipendium non procedit. Valerius Lib. II. c. 7. *Age, quam graviter Senatus tulit, quod Q. Petillium Conſulem fortiſſime adverſus Ligures pugnantem occidere milites paſſi eſſent. Legioni enim neque ſtipendium anni procedere, neque æra dari voluit.* Duplex hic ignominia, quod annum eum militiæ noluit in numerum venire, & quod æs dari vetabat. Feſtus: *Reſignatum æs dicitur militi, cum ob delictum aliquod juſſu Tribuni militum, ne ſtipendium ei detur, in tabulas refertur.* Reſignare enim antiqui pro reſcribere interdum dicebant. Varro in Fragmentis: *Stipendium appellatur, quod æs militi ſemeſtre aut annuum dabatur, cui datum non ſit propter ignominiam, Ære dirutus eſt.* Ad *Varronis* mentem *Auſonius*: *Procedere mihi inter frequentes ſtipendium jubebis, ſin aliter, Ære dirutum facies.* Bene, inter frequentes. Nam qui Infrequens, patiebatur hanc pœnam. Frontinus Lib. IV. cap. 1. *Decrevit Senatus, uti ea legio tota infrequens referretur, ſtipendium ei annuum non daretur, æraque reſcinderentur.*

Tertium, cum EXTRA VALLVM & CASTRA jubentur tendere. Cauſam habuit, quaſi indigni eſſent, qui inter ceteros milites agerent, projecti & objecti hoſti; idque interdum ſine tentoriis. Livius Lib. X. *Cohortes, quæ ſigna amiſerant, extra vallum ſine tentoriis deſtitutos invenit.*

Quar-

Quartum. Diſcincti & turpi habitu proſtituti ſunt, nempe ut parum viri. Suetonius de Auguſto, Cap. 24. *Pro cetero delictorum genere variis ignominiis affecit, ut ſtare per totum diem juberet ante Prætorium, interdum tunicatos, diſcinctoſque.* Zoſimus Lib. III. de Juliano Cæſare: *Amictos veſte muliebri per caſtra duxit, ratus militibus, qui viri eſſent, eam pœnam graviorem morte futuram.*

Quintum ignominiæ genus MUTARE MILITIAM. Quod eſt ab honeſtiore genere in humilius transſcribi. *Valerius* de captivis a Pyrrho redditis; *Decreverunt, ut ex iis, qui equo meruerant, peditum numero militarunt, qui pedites fuerant; in funditorum auxilia tranſcriberentur.* Atque hæc apud Romanos. Similia quædam apud Græcos obſervamus. Charondæ lex de iis, qui arma pro patria non ceperant, aut in bello Ordines deſeruerant: προσέταξε τοὺς τοιούτους ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐφ' ἡμέρας τρεῖς καθῆσθαι ἐν ἐσθῆσι γυναικείαις: *ſtatuit hos tales in foro per tres dies ſedere in veſtibus muliebribus.* Spartani eos, qui ignaviæ in bello comperti eſſent, varie notabant: οὐ γὰρ μόνον (ait Plutarchus in Ageſilao) ἀρχῆς ἀπείργονται πάσης, ἀλλὰ καὶ δοῦναί τινι τούτων γυναῖκα καὶ λαβεῖν ἄδοξόν ἐστι. παίει δὲ ὁ βουλόμενος αὐτοὺς τῶν ἐντυγχανόντων, οἱ δὲ καρτεροῦσι περιιόντες αὐχμηροὶ καὶ ταπεινοί, τριβωνάς τε προσγεγραμμένους χρώματος βαπτοῦ φοροῦσι καὶ ξυρῶνται μέρος τῆς ὑπήνης, μέρος δὲ τρέφουσι: *Non enim ſolum arcentur omni magiſtratu & imperio, ſed & dare alicui horum uxorem, aut ab eo accipere, infame eſt. Percutit autem & cædit eos, ſiquis vult obviorum; at illi ferunt, ſqualidi & humiles, palliaque geſtant colore aliquo tincta & inſcripta. Partem etiam barbæ, quæ eſt ad labrum ſuperius, ſive muſtaca radunt, partem vero alunt.* Habemus ſtimulos a variis populis excitandæ Virtuti & Socordiæ comprimendæ adhibitos.

Polyb. §. 4.

Καλῶς δὲ καὶ τοὺς νέους ἐκκαλοῦνται πρὸς τὸ κινδυνεύειν. Ἐπειδὰν γὰρ γένηταί τις χρεία, καὶ τινες αὐτῶν ἀνδραγαθήσωσι, συναγωγὼν ὁ στρατηγὸς ἐκκλησίαν τοῦ στρατοπέδου, καὶ παραστησάμενος τοὺς δόξαντάς τι πεπραχέναι διάφορον, πρῶτον μὲν ἐγκώμιον ὑπὲρ ἑκάστου λέγει, περί τε τῆς ἀνδραγαθίας, κἄν τι κατὰ τὸν βίον αὐτοῖς ἄλλο συνυπάρχῃ τῆς ἐπὶ ἀγαθῷ μνήμης ἄξιον. Μετὰ δὲ ταῦτα, τῷ μὲν τρώσαντι πολέμιον, γαῖσον δωρεῖται· Τῷ δὲ καταβαλόντι καὶ σκυλεύσαντι, τῷ μὲν πεζῷ φιάλην, τῷ δ' ἱππεῖ φάλαρα. Ἐξ ἀρχῆς δὲ γαῖσον μόνον· Τυγχάνει δὲ τούτων, οὐκ ἐὰν ἐν παρατάξει τις ἢ πόλεως κατα-

Verſio Latina.

PRæclare vero etiam juventutem ad pericula ſubeunda excitant. Cum enim occaſio ſe dat, ac juvenes aliqui fortiter ſe geſſerunt, Imperator advocato in concionem exercitu, productis prope ſe iis, quorum præ ceteris virtus inſignis extitit, primum quidem ſingulos illorum laudat a fortitudine, & ſiquid aliud in eorum vita fuerit, quod commemorari cum ipſorum laude queat. Deinde ei, qui hoſtem vulneraverit, haſtam donat; qui proſtraverit & ſpolia detraxerit, pediti quidem phialam, equiti vero phaleras, quanquam olim haſta ſola præmium erat.

ταλήψει τρώσῃ τινὰς, ἢ σκυλεύσῃ τῶν πολεμίων· Ἀλλ᾽ ὧν ἐν ἀκροβολισμοῖς, ἢ τισιν ἄλλοις τοιούτοις καιροῖς, ἐν οἷς μηδεμίας ἀνάγκης ὄσης καθ᾽ ἄνδρα κινδυνεύειν, αὐτοί τινες ἑκουσίως καὶ κατὰ προαίρεσιν αὐτοὺς εἰς τοῦτο διδόασιν.

erat. Ceterum iſta conſequitur non qui in juſto prælio, ſignis collatis dimicans, aut in capienda urbe aliquos hoſtes ſauciaverit vel ſpoliaverit: verum qui in velitationibus, quando nulla neceſſitas quenquam dimicare viritim cogit, ipſi ſuamet ſponte ac propria voluntate eò deſcenderint.

Commentatio.

JAm agit Auctor de præmiis militaribus, eaque dividit in minora & majora. *Minora*, quæ præmiſit, ob læſum aut dejectum hoſtem data, ſunt *Haſtæ*, *Phaleræ &c.* *Majora*, ob ſervatum civem aut captam urbem, *Coronæ.*

Præclare juventutem ad pericula ſubeunda excitant.) In equo regendo calcaribus utendum, ſed & freno: ſic milites, imo omnes cives, præcipue juvenes, præmiis ad virtutem incitandi ſunt; pœnis autem a vitiis revocandi. Lycurgus hoc pulchre, Oratione in Leocratem: Δύο γάρ ἐστι τὰ παιδεύοντα τοὺς νέους, ἥτε τῶν ἀδικούντων τιμωρία, καὶ ἡ τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖς διδομένη δωρεὰ, πρὸς ἑκάτερον δὲ τούτων βλέποντες, τὴν μὲν διὰ τὸν φόβον φεύγουσι, τῆς

δὲ

δὲ διὰ τὴν δόξαν ἐπιθυμοῦσι: *Duo ſunt, quæ juventutem inſtruunt & formant, delinquentium caſtigatio & bonorum præmiatio. At utrumque horum aſpicientes, illam quidem ob metum fugiunt, hanc ob gloriæ ſtudium concupiſcunt.* Donatus in Evnucho Act. V. Scen. IX. *ſcribit, præmium eſſe fortium virorum, nec dari ſolitum, niſi poſt factum,* i. e. poſt meritum, ὡς Ἡρακλέει τὰ δοθέντα μὲν ἄθλα μετὰ τοὺς αὐτοῦ ἀέθλους, *ut Herculi præmia data ſunt poſt ipſius certamina.*

Imperator advocato in concionem exercitu.) Stabat Imperator in tribunali, loco edito, a Ducibus & immenſa militum multitudine cinctus, laudibus ampliſſimis extulit virtutem commilitonis, qui ſtrenue ſe geſſerat, eumque præmiis donavit. Cujus animus non incaleſcat, cui modo ſcintilla ſit a meliore igne? Ἔπαινος γάρ ἐστι μαρτυρία τινὸς ἀπ' ἀρετῆς, ἢ λόγος ἐμφανίζων ἀρετήν. *Laus eſt teſtimonium alicujus de virtute datum, vel ſermo illuſtrans virtutem.* Etymon autem vocis Laus, eſt quibusdam a priſco verbo Æolico λάυω, cujus conjuncta remanſerunt adhuc ἀπολάυω, παραπολάυω, *fruor, obiter fructum capio, unà fruor.* Et certe virtus ipſiusque actio nullum percipit fructum laude & commemoratione meliorem.

Ei, qui hoſtem vulneraverit, haſtam donat) non omnes, qui hoſtem profligarunt in pugna commiſſa; ſed eum duntaxat, qui extra ordinem, aut in ſingulari certamine ſpecimen virtutis ſuæ edidit, haſta donavit Imperator. In Græco extát γαῖσος, quod jaculi genus eſt. Sed auctor accipit pro Haſta, ſiquidem Latini hoc præmium non aliter efferunt. Ut Feſtus: *Romani viros fortes ſæpe haſta donarunt.* Cato apud eundem commemorat *Haſtas donaticas aliosque honores.* Iſtæ Haſtæ ſine ferro erant, eoque *Puræ* Latinis dictæ: ſicut Argentum purum, cui nihil inſculptum: Veſtis pura, cui nihil e purpura ad-

adtextum. Suetonius: *Quem Britannico triumpho inter militares viros haſta pura donavit.*

Qui proſtravit & ſpolia detraxerit) Qui læſit hoſtem aut vulneravit, *Haſta;* qui eum dejecit & ſpolia legit, duplici præmio donatur, pro genere militiæ diverſo. Nam pediti, inquit, *Phiale* datur, equiti phaleræ. Lipſius ſuſpicatur, textum Polybii eſſe corruptum, & pro φιάλην legendum ψάλιον aut ψέλιον, quod denotet Armillam, eo, quia in nullo ſcriptore, ſi excipias Probum Vopiſcum, mentio fiat pateræ, qua miles donatus eſſet; cum e contrariò Armilla in numero præmiorum militarium ſæpius legatur. Feſtus: Armillas ex auro, quas viri militares ab Imperatoribus donati gerunt, dictas eſſe exiſtimat, quod antiqui humeros cum brachiis Armos vocabant. Et civibus hoc donum fuit proprium, quod Plinius notat: *Armillas civibus dedere, quos non habent externi.* Quæ armillæ vel aureæ vel argenteæ fuerunt.

Equiti phaleras) Polybius Equitem ſuum Romanum phaleris tantum donat, cum L. Sicinius vel Sicius in Dionyſio & phaleras & armillas equiti tribuat. Et Silius Lib. XV. inter dona Scipionis

— — *Phaleris hic pectora fulget,*
Hic torque aurato circumdat bellica colla.

Silius & Dionyſius in Siccii donis diſtinguit ϛρεπτὺς ἀπὸ τῶν φαλαρῶν; *Torques a phaleris.* Diſcrimen igitur aliquod interfuit: nimirum Phaleræ demiſſæ ad pectus pendebant; Torques ſtringebant magis & collum ambibant ipſum. Diverſitas etiam formæ fuit: illæ planiores & magis jacentes; torques & ex annulis, aut catellis plexæ. Manſit ad infimum ævum hoc præmium, & in Suida ſcriptor, de Beliſario ſub Juſtiniano: Ἐϛι μὲν τὺς ϛρατιώ-

τιμῶντας φιλοδωρότατος ἐγεγόνει ἀνθρώπων ἁπάντων, τῶν τε γὰρ ἐν ξυμβολῇ ἠτυχηκότων χρήμασι μεγάλοις παρεμυθεῖτο τὰ τραύματα, καὶ τοῖς εὐδοκιμήσασι ψέλιά τε καὶ στρεπτοὺς ἆθλα παρεῖχετο. *In milites omnium mortalium beneficentiſſimus fuit, nam & eorum, qui infeliciter pugnaverant, vulnera multis pecuniis ſolabatur; & qui proſpere, armillas & torques præmia donabat.* Vexillum etiam inter dona militaria, cujus hic non meminit Polybius, qui tamen apud Suidam ſcribit in voce ἀκόλουθον: τοὺς ἐτίμησε χρυσοῖς ὑφάσμασιν καὶ λόγχαις, βουλόμενος ἀκόλουθον εἶναι τοῖς ἔργοις τὴν διὰ τῶν λόγων ἐπαγγελίαν: *iſtos vero donavit aureis vexillis & haſtis, cum vellet facta reſpondere promiſſioni verbis conceptæ.* Sed & Marius apud Salluſtium inter uſitata recenſet *Haſtas, Vexillum, Phaleras*; & ſe ea accepiſſe.

Polyb. §. 5.

Τοῖς δὲ πόλεως καταλαμβανομένης, πρώτοις ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβᾶσι, χρυσοῦν δίδωσι στέφανον. Ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ὑπερασπίσαντας καὶ σώσαντάς τινας τῶν πολιτῶν ἢ συμμάχων ὅ τε στρατηγὸς ἐπισημαίνεται δώροις. οἵ τε χιλίαρχοι τοὺς σωθέντας, ἐὰν μὲν ἑκόντες ποιῶσιν· Εἰ δὲ μή, κρίναντες συναναγκάζουσι τὸν σώσαντα στεφανοῦν· Σέ-

Verſio Latina.

At quoties urbs capitur, auream iis coronam, qui primi muros conſcenderint, donant. Similiter etiam eos, qui vel cives vel Socios propugnaverint & ſervaverint, Imperator donis inſignit; & qui ſervati fuerint, ſolent ultro; ſin minus, Tribuno poſt cauſæ cognitionem cogente, ſervato-

Σέβεται δὲ τοῦτον καὶ παρ᾽ ὅλον τὸν βίον ὁ σωθεὶς, ὡς πατέρα, καὶ πάντα δεῖ τούτῳ ποιεῖν αὐτὸν, ὡς τῷ γονεῖ. Ἐκ δὲ τῆς τοιαύτης παρορμήσεως, οὐ μόνον τοὺς ἀκούοντας καὶ παρόντας ἐκκαλοῦνται πρὸς τὴν ἐν τοῖς κινδύνοις ἅμιλλαν καὶ ζῆλον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν οἴκῳ μένοντας. Οἱ γὰρ τυχόντες τῶν τοιούτων δωρεῶν, χωρὶς τῆς ἐν τοῖς στρατοπέδοις εὐκλείας, καὶ τῆς ἐν οἴκῳ παραχρῆμα φήμης. Και μετὰ τὴν ἐπανοδον τὴν εἰς τὴν πατρίδα, τάς τε πομπὰς ἐπισήμως πομπεύουσι, διὰ τὸ μόνοις ἐξεῖναι περιτίθεσθαι κόσμον τοῖς ὑπὼ τῶν στρατηγῶν ἐπ᾽ ἀνδραγαθίᾳ τετιμημένοις. Ἔν τε ταῖς οἰκίαις κατὰ τοὺς ἐπιφανεστάτους τόπους τιθέασι τὰ σκῦλα, σημεῖα ποιούμενοι καὶ μαρτύρια τῆς ἑαυτῶν ἀρετῆς. Τοιαυ-

torem ſuum coronare; atque adeo per omnem vitam is, qui ſervatus eſt, illum pro parente colit, omniaque ei tenetur præſtare, quæ filius patri. Hac autem ſtimulatione non eos tantum, qui præſentes audiunt ad pericula certaim & cum æmulatione adeunda excitant: ſed eos etiam, qui ſunt domi. Nam qui adepti ejusmodi dona, præter gloriam, qua fruuntur in exercitu & famam, quam domi ſtatim conſequuntur: cum redierunt in patriam, ludos pompasque conſpicui ineunt. Nam ejusmodi ornamenta geſtare licet eis, qui virtutis cauſa ab Imperatore ſunt iis honeſtati. Iidem ſpolia defigunt in ma-

αὐτῆς δ' ἐπιμελείας ἔσης καὶ σπεδῆς, περί τε τὰς τιμὰς καὶ τιμωρίας τὰς ἐν τοῖς στρατοπέδοις. Εἰκότως καὶ τὰ τέλη τῶν πολεμικῶν πράξεων ἐπιτυχῆ καὶ λαμπρὰ γίνεται δι' αὐτῶν.

maxime conſpicuis locis ædium ſuarum, ut ſint monumenta ac teſtimonia ſuæ virtutis. Qui igitur & pœnas & præmia militaria tanta cura ac ſtudio diſpenſant; merito quoties bella ſuſcipiunt, læto atque illuſtri fine ea terminant.

Commentatio.

Qui vel cives vel Socios propugnaverint) Enumerat Majora dona, nimirum *coronas*, ſed duas tantum nominat *Muralem* & *Civicam*, cum plures eſſent. *Prima* fuit *Civica*, quæ data illi, qui civem ſervaverat, & eodem tempore etiam hoſtem occiderat. Quod poſterius membrum ex Maſſurii ſententia Agellius addidit. E quercu ſive Ilice fuiſſe idem notat & Feſtus Lib. V. c. 6. *Civicam coronam civis ſalutis ſuæ cauſa ſervatus in prælio dabat, quæ erat lignea, frondem habens perennem.* Cauſas, cur e quercu confecta fuerit, vide apud Plutarchum. Hac corona donatus legitur, non ſolum is, qui civem, ſed & qui ſocium ſervavit. Polybius certe comprehendit, *πολίτας καὶ συμμάχες* cives & ſocios, nempe priſcos illos Latini nominis, qui cum civibus, tunc æquabantur.

Altera & dignior eſt *Obſidionalis*, quam ii, qui liberati ſunt, ait Agellius, dant ei Duci, qui liberavit. Nulla eſt hac nobilior, ut inquit Plinius: & merito. cum

eum non unus, ſed plures civium morte erepti. E gramine hæc fuit, decerpto e loco, intra quem obſidebantur: quia ſummum victoriæ judicium erat, herbam porrigere victos. Cauſam eam dat Plinius; & Feſtus etymon Gradivi quosdam ait petere, quia gramine ſit ortus, quod interpretantur, quia graminea corona in re militari maximæ eſt honorationis. Hanc ipſi quoque dant, qui ſervati ſunt, ut in civica factum.

Corona Muralis eſt, qua donatur ab Imperatore, qui primus murum ſubiit, inque oppidum hoſtium per vim adſcendit. *Vicina eſt caſtrenſis*, quæ ejus, qui primus hoſtium caſtra pugnans introivit. Utraque hæc aurea fuit, & de illa Polybius Lib. X. cum Scipio ſuos adhortatur ad oppugnandam Carthaginem Hiſpanicam: λοιπὸν χρυσῦς ςεφάνυς ἐπηγγείλατο τοῖς πρώτως ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβᾶσι: *Deinde Coronas aureas pollicitus eſt iis, qui primum murum conſcendiſſent.* Feſtus de altera: *Caſtrenſi corona donabatur, qui primus hoſtium caſtra pugnando introiſſet, cui inſigne erat ex auro vallum.* Vallis igitur diſtincta iſta fuit, & ideo *Vallaris* quoque dicta; ſicut illa prior habuit & prætulit murorum pinnas.

Inter magna præmia numerabatur etiam Oleaginea, quæ virtutis cauſa militibus eſt donata. Dio Caſſius Lib. XLIX. de Auguſto præmia tribuente in Sicilia, S. Pompejo victo: καὶ πᾶσι μὲν πεντακοσίας δραχμὰς, τοῖς δὲ δὴ ναυκρατήσασι καὶ ςέφανον ἐλαίας ἔδωκε: *Et omnibus quidem (militibus) quingentas drachmas, iis vero qui navali certamine viciſſent, etiam coronam oleagineam dedit.* Et ante à Senatu ipſo id factum tradit, bello & victória Mutinenſi: qui cum nollet omnes milites Octaviani præmiis afficere, ne efferrentur ſuperbia, nec omnes prætermittere poſſet, auderetue: διὰ μέσυ, inquit, ἐπόιησαν, τὺς μὲν ἐπαινέσαντες αὐτῶν, τὺς δὲ ὔ· Καὶ τοῖς μὲν ςέφανον ἐλαίας ἐν ταῖς πανηγύρεσι φορεῖν δόντες, τοῖς δὲ ὔ. *media via ingreſſi ſunt,*

hos laudantes, illos minime, hos coronis oleæ donantes uti per ludos ferrent, illos nequaquam.

Navalis Corona ex auro conſtabat, qua donabatur is, qui primus in hoſtium navem armatus vi tranſiliit. Re igitur & materie non abit a Murali aut Caſtrenſi. *Roſtris navium* hanc diſtinctam non puto, & diverſam fuiſſe a *Roſtrata*. Hæc enim in ſummo pretio, & non ei erat data, qui in navem aliquam hoſtium tranſcendit, ſed qui navale aliquod magnum decus, magna ſibi virtute peperit. Data ipſis Ducibus, & adſimilata quodammodo Obſidionali. Plinius cedere eam ſoli Civicæ tradit Lib. XVI. c. 4. Quæ ſigillatim de Donis hactenus ſunt dicta, pleraque ea junxit Zonaras. De Triumpho exponens & ritibus circa illum uſitatis, ait: Καὶ ἐπαινέσαν τοὺς συςρατευσαμένους αὐτῷ, ϗ κοινῇ, ϗ ἰδίᾳ τινὰς, ἐδωρεῖτο μὲν σφίσι χρήματα. Ἐτίμα δὲ ϗ κόσμῳ, περιβραχιόνιά τε τισί, ϗ δόρατα ἀσίδηρα παρεῖχε, ϗ ςεφάνους τοῖς μὲν χρυσοῦς, τοῖς δὲ ἀργυροῦς ἐδίδου, ὄνομά τε ἑκάςου ϗ τῆς ἀριςείας φέροντας τὸ ἐκτύπωμα. Εἰ γάρ τείχους τις πρῶτος ἐπέβη, ϗ τείχους ὁ ςέφανος εἶδος ἐφέρετο. Ἤ ϗ ἐξεπολιόρκησέ τι, ϗ τοῦτο κἀκεῖνος εἰκόνιςο. Ἐναυκράτησέ τις, ναῦσιν ὁ ςέφανος ἐκεκόσμητο. Ἱπποκράτησέ τις, ἱππικόν τι ἐξετετύπωτο. Ὁ δὲ πολίτην τινὰ ἐκ μάχης, ἢ ἑτέρου κινδύνου, ἢ ἐκ πολιορκίας σώσας, μέγιςόν τε εἶχε τὸν ἔπαινον, ϗ ἐλάμβανε ςέφανον γινόμενον ἐκ δρυὸς, ὃς πολὺ πάντων ἀργυρῶν ϗ τῶν χρυσῶν ὡς ἐντιμότερος προετετίμητο. Καὶ οὐ κατ᾽ ἄνδρα μόνον ἀριςεύσαντα ταῦτα ἐδίδοτο, ἀλλὰ ϗ λόχοις ϗ ςρατοπέδοις ὅλοις παρείχετο: *Et is, qui triumphaturus erat, cum laudaſſet communiter, & viritim quosdam, dabat iis pecunias. Honeſtabat etiam ornamentis & donis; & Armillas quibusdam & Haſtas puras dabat, & Coronas aliis aureas, aliis argenteas, nomen cujusque & ſtrenui facti ſpecimen atque imaginem referentes. Si enim murum aliquis primus adſcendit, & muri ſpecie m corona imaginem referebat. Siquid expugnaſſet, (puta caſtrum aut vallum) id quoque corona ad-*

adſtililabatur. Si mari viciſſet, aut navem ſcandiſſet, navicus corona ornabatur. Si equo viciſſet, equeſtre aliquid inſculpebatur. Qui vero civem in prælio, aut alio periculo, ſive & obſidione liberaſſet, maxima in laude erat, donabaturque corona e quercu facta, quæ longé & aureis & argenteis honoratior digniorque habebatur. Atque hæc non ſigillatim modo & viritim conferebant, ſed in manipulos aut legiones totas. Hæc iſta Zonaras.

Ludos pompasque conſpicui ineunt) his donis adjuncta, quæ conſtant honore. *Primum* iſtud, quod ludos ita ineant. Hinc Vellejus Lib. II. aſſerit. *Pompejo lege conceſſum, ut is ludis Circenſibus corona laurea & omni cultu triumphantium uteretur. Secundum*, ut in triumpho ornati ſic incedant. Livius Lib. X. de Papiri triumpho: *Pedites equitesque inſignes donis tranſiere, ac tranſvecti ſunt: multæ civicæ coronæ, vallaresque ac murales conſpectæ.* Quod ſi plures etiam aliquis coronas aut dona meruiſſet, tuliſſetque, ea ipſa etiam præferri mos fuiſſe videtur. Sic Valerius de Sicio ſcribit, Lib. III. c. 2. *Tertio*, Equites equo publico in Transvectione annua donis iſtis uſi. *Quarto*, ſolent in judicium quoque aut diſcrimen hæc introducere interdum, virtuti oſtentandæ. Livius de Manlio Capitolino Lib. VI. *Decora quoque belli non commemoraſſe tantum, ſed protuliſſe etiam conſpicienda, ſpolia hoſtium cæſorum ad triginta, dona Imperatorum ad quadraginta, in quibus inſignes duas murales coronas, civicas octo.*

Iidem ſpolia defigunt &c.) Appellant Spolia, arma & exuvias detractas cæſo hoſti. Nam id jam olim; apud Græcos illa etiam ita appellare & oſtendere monumenta virtutis ſolebant. Honori ea res apud Romanos, & apud Livium Lib. XXIII. cum Senatum legeret & ſuppleret M. Fabius Dictator: *legit, qui Ædiles, Tribuni, Quæſtoresve fuerant, tum ex iis, qui ſpolia ex hoſte fixa do-*

mi haberent aut civicam coronam acceپiſſent. Hinc patet, pene pro magiſtratu hæc decora fuiſſe, & lectas e privatis, quique honorem nullum cepiſſent, eſſe eos quibus ſpolia aut corona. Ait autem: domi fixa. Nam ſolebant poſtibus ipſis & foribus ſuſpendi, ut a transeuntibus cernerentur. Unde Virgilius.

Barbarico poſtes auro ſpoliisque ſuperbi

iterum: *Multaque præterea ſacris in poſtibus arma,*
Captivi pendent currus, curvaque ſecures,
Et criſtæ capitum, & portarum ingentia clauſtra,
Spiculaque, clypeique, ereptaque roſtra carinæ.

Polyb. §. 6.

Ὀψώνιον δ' οἱ μὲν πεζοὶ λαμβάνουσι τῆς ἡμέρας δύο ὀβολούς· Οἱ δὲ ταξίαρχοι διπλοῦν· Οἱ δ' ἱππεῖς δραχμήν· Σιτομετροῦνται δ' οἱ μὲν πεζοὶ πυρῶν Ἀττικοῦ μεδίμνου δύο μέρη, μάλιστά πως· Οἱ δὲ ἱππεῖς κριθῶν μὲν ἑπτὰ μεδίμνους εἰς τὸν μῆνα, πυρῶν δὲ δύο. Τῶν δὲ συμμάχων οἱ μὲν πεζοὶ τὸ ἴσον, οἱ δ' ἱππεῖς πυρῶν μὲν μέδιμνον ἕνα καὶ τρίτον μέρος, κριθῶν δὲ πέντε. Δίδοται δὲ

Verſio Latina.

Stipendii nomine pedites in diem accipiunt binos obolos: ordinum ductores duplum: equites drachmam. Admetiuntur vero peditibus tritici partes circiter duas medimni Attici; equitibus autem hordei in menſem ſeptenos medimnos, tritici vero binos. Sociorum peditibus par menſura datur ac Romanis; equitibus, tritici, medimnus unus &

δὲ τοῖς μὲν συμμάχοις τοῦτ' ἐν δωρεᾷ· Τοῖς δὲ Ρωμαίοις τοῦ τε σίτου καὶ τῆς ἐσθῆτος, κἄν τινος ὅπλου προσδεηθῶσι, πάντων τούτων ὁ ταμίας τὴν τεταγμένην τιμὴν ἐκ τῶν ὀψωνίων ὑπολογίζεται.

& triens, hordei menſuræ ejusmodi quinæ. Atque hoc Sociis quidem gratis datur. Romanis autem ſive frumentum ſive veſtis tribuatur, aut etiam ſi quibus armis opus habuerint, horum omnium nomine Quæſtor certam definitamque pecuniam de Stipendio deducit.

Μέδιμνον ἕνα καὶ τρίτον μέρος) Cauſauboni Verſio: medimnum unum & ſemis.

Commentatio.

STipendii nomine pedites in diem accipiunt binos obolos.) Quod Latini Stipendium Polybius ὀψώνιον dixit, quod non tantum illud, ſed & mercedem militarem & pecuniam denotat, quemadmodum hic. Eodem ſignificatu accipitur a Thucydide aliquoties & à Dionyſio Hallicarnaſſeo, qui & ὀψωνιασμὸν appellat: fortaſſe, quod velut in obſonium pecunia ea primo data. Latini inferiores dixere Annonas. Græci infimi ῥόγας appellarunt, fortaſſe a rogando; nam & ipſam rem ῥογεύεσθαι etiam dicunt.

In diem binos obolos.) Habes diurnum ſtipendium antiquum. Olim certum eſt, Romanos nullo publico ære militaſſe, idque annis amplius trecentis. Feſtus ita ad-

notat: *Privato ſumtu ſe alebant milites Romani, pene ad id tempus, quo Roma capta eſt a Gallis.* Et jure: nam Stipendium inſtitutum ſeptendecim circiter annis ante urbem captam. Livius hoc docet Lib. IV. ſtatim poſt Anxur captum: *Additum*, inquit, *ut ſtipendium miles de publico acciperet, cum ante id tempus de ſuo quisque functus eo munere eſſet.* Livius dicit de ſuo militaſſe, Feſtus privato ſumtu. Videntur tamen milites etiam e publico accepiſſe. Certe Dionyſius Lib. V. de bello cum Sabinis, *τούτων δὲ*, inquit, *πραθέντων δημοσίᾳ, τὰς καθ᾽ ἄνδρα γενομένας εἰσφορὰς, ἃς ἔστελλον τοὺς στρατιώτας, ἅπαντες ἐκομίσαντο. Iis divenditis* (præda ſcil.) *publice, collationes, quæ viritim factæ erant in milites, eas omnes receperunt.* Hic diſerte dicit, aliquid in militem collatum. Idem Lib. IX. *cum Vejentes pacem peterent*, ſcribit: *frumentum eos obtuliſſe exercitui in duos menſes, pecuniam in ſtipendium ſex menſium, uti victor imperat.* Hic & frumentum a Vejentibus datum, & pecuniam an ſtipendium numeratam affirmat. Quod tamen ita intelligendum, ut certa pecuniæ ſumma, quam imperavit victis victor, daretur ad belli ſumtus tolerandos, non ut ſingulis militibus ſtipendium ſuum, quod tum temporis nondum erat conſtitutum, ſolveretur.

Ceterum, Stipendium illud Polybiano ævo exiguum fuit, duo nimirum oboli, i. e. tres Aſſes; cum duo oboli ſint tertia pars Drachmæ, qui ex calculo noſtro adæquant circiter $3\frac{3}{4}$. Fr. At Drachma vincitur leviter a Denario Romano. Quisque igitur in menſem decem denarios. Quod ſane exiguum ſtipendium, ita ut merito mireris, cur tamen Romani tam promti fuerint ad militiam. Verum enim vero etiam cognitandum eſt de frumento addito, & crebris in triumphis donationibus, tum de promotionibus; ſiquidem milites per virtutem ad altiores ordines venerunt & ad ſtipendia majora. Inſuper reſpiciendum ad parcimoniam & mores, qui-

quibus magis quam opibus Res Romana ſtetit. Audiamus hac de re Livium Lib. I. initio: *Nulla unquam Reſpublica nec major, quam Romana, nec ſanctior, nec in quam tam ſero avaritia luxuriaque immigraverint, nec ubi tantum ac tam diu paupertati ac parcimoniæ honos fuerit.* Bene addit Livius: iſta res docet, & in tot victoriis ac triumphis, imperio tam late prorogato, nihil additum ad Stipendii modum ante Julianum ævum. Julius ille fuit, qui per milites magnus, hic quoque leges fregit, & legionibus Stipendium, ut ait Suetonius Cap. 26. in perpetuum duplicavit. Res ſemel mota non hic ſtetit, ſed magis Auguſtus auxit, qui omnes ubique milites ad certam ſtipendiorum præmiorumque formulam adſtrinxit, ut in vita ejus Tranquillus Cap. XLIX. Eum modum fuiſſe decem diurnos aſſes, ex Tacito patet. Nero ſive Claudius ſive potius Otho aut Vitellius aliquid, imo multum addidit: & Domitiani ævo, ſtipendium menſtruum erant aurei terni: hi eſſent in diem viginti quinque aſſes. Quibus ipſe Domitianus iterum menſtruum aureum unum, i. e. denarios viginti quinque addidit. Tanti enim Romanus aureus. Johannes Zonaras ſic de Domitiano: Καὶ τοῖς στρατιώταις τὴν μισθοφορὰν ἐπηύξησε τάχα διὰ τὴν νίκην. πέντε γὰρ καὶ ἑβδομήκοντα δραχμὰς ἑκάστου λαμβάνοντος, ἑκατὸν ἐκέλευσε δίδοσθαι μεταμεληθεὶς δὲ τὴν προσόδητα οὐκ ἐμείωσε, τὸ δὲ πλῆθος τῶν στρατευομένων συνέστειλε: militibus ſtipendium auxit, ſcilicet ob victoriam. Nam cum ſeptuaginta quinque drachmas ſinguli acciperent, ipſe juſſit centenas dari. Pœnitens verò poſtea ſummam non imminuit, ſed multitudinem militantium recidit.

Ordinum auctores duplum.) Ταξίαρχοι ſunt in Græco, quos licet Centuriones etiam reddere. Sed Lipſius cum Caſaubono prudenter Ordinum Ductores vertit. Non enim ſolos Centuriones Polybius videtur intelligere, ſed & Succenturiones ſive Optiones, forraſſe & Signiferos ipſos. In Livio Lib. II. legimus: *At hoc Centuriones du-*

plicariosque, qui reliquerant Ordines, virgis caſos ſecuri percuſſit. Hinc apparet, præter Centuriones etiam alios duplicarios fuiſſe i. e. tales, qui duplum ſtipendium acceperunt. Vegetius Lib. II. cap. 7. *Armatura duplares qua binas conſequuntur annonas. In quo occurrunt etiam Sesquiplares, qui unam ſemis.*

Equites drachmam,) i. e. Stipendium triplex. Itaque ſuper Centuriones erant, tum quia genere digniores, tum quia onerum plus ferebant. Ipſe hic modus in Livio Lib. VII. *Æque impudens poſtulatum fuit, ut de ſtipendio equitum* (merebant autem ea tempeſtate triplex) *æra demerentur.* Apparet, invidioſam hanc ſummam fuiſſe. Quæ fuere Tribunorum ſalaria? Appianus ſcribit alicubi: Καὶ διένειμε στρατιώτῃ μὲν ἀνὰ πεντακισχιλίας τὸ ἔτι διπλάσιον: *Diviſit* (Cæſar) *deditque militi ſuper quinque mille drachmas. Ductori ordinum ejus duplum; Tribuno militum & Præfecto equitum iterum ejus duplum.* Ergo Tribunus & Præfectus alæ quadruplum ſolarii vulgaris habuit, & alia uberiora in veſte, frumento, ſpeciebus. Haud diſſimile apud Græcos, & ſcribit Xenophon Lib. VII. Anabaſ. *Seuthen Regem Thraciæ, cum Græcos mercede jungere ſibi vellet, obtuliſſe & pollicitum* τῷ μὲν στρατιώτῃ κυζικηνὸν, τῷ δὲ λοχαγῷ διμοιρίαν, τῷ δὲ στρατηγῷ τετραμοιρίαν: *militi Cyzicenum, Centurioni duplum, Prætori quadruplum.* Hi Prætores velut Tribuni Romanorum erant, aut noſtri colonelli.

Admetiuntur) militibus frumentum eſſe diſtributum, paſſim loquuntur vetera monumenta, J. Cæſar Lib. I. B. G. *Diem inſtare, quo die militibus frumentum metiri oportet.* Videmus, certo die frumentum militi datum, & cum cura, ne elaberetur. Bonum inſtitutum, militi ſemper victum eſſe, ne inopia coactus rapiat aut ſigna deſerat. Si pecunia in hunc uſum data fuiſſet, potuiſſent illam in alium uſum convertere. Igitur rem ipſam dare maluerunt, atque ita, ut nefas, etiam ha-

haberetur frumentum vendere. Salluſtius inter milita-ria probra recenſet: *Frumentum publice datum vendere, panem in dies mercari.* Exemplum ſeveritatis ſtatuit Galba apud Suetonium Cap. 7. *Militi*, inquit, *qui per expeditionem annona arctiſſima, reſiduum cibariorum tritici modium Centum denariis vendidiſſe arguebatur, vetuit ſimulatque indigere cibo cœpiſſet), a quoquam opem ferri; atque is fame extabuit.*

Tritici duas circiter partes medimni Attici) Suidas & Nepos in vita Attici, ſex modios in Medimno ponunt: & ita eſt: ergo nunc militi Romano modo & ſermone, damus Modios quaternos. Magno igitur & multo frumento opus fuit ad plures legiones.

Equitibus autem hordei in menſem ſeptenos medimnos) hordeum eques accepit ad jumenta alenda, pro quo interdum ſumebat æs, quod *Hordearium* appellat Feſtus. Sed in frumento cur tanto plus accipit: nam duo medimni ſunt modii duodenii. Triplo igitur peditem excedit. Quid miramur? fit idem, quod in pecunia & donativis, ubique enim triplum capit. Tantum autem acceperunt equites, quia ſervum aut potius ſervos alendos habuere, & juſtum eſt hoc Dimenſum in terna capita. Hordeo etiam non ſolum equum aluerunt militarem, ſed & cetera jumenta, quæ habuere. Plutarchus de Catonis abſtinentia ſcribit, ὅτι ϛρατηγῶν ἐλάμβανεν ἑαυτῷ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν, οὐ πλέον εἰς τὸν μῆνα πυρῶν, ἢ τρεῖς ἀττικοὺς μεδίμνους, εἰς δὲ τὴν ἡμέραν κριθῶν τοῖς ὑποζυγίοις ἔλαττον τριῶν ἡμιμεδίμνων: *quod etiam in imperiis & Praturis acciperet ſibi, & iis, qui apud ſe, frumenti in menſem non plus tribus medimnis Atticis, in diem vero hordei jumentis ſuis minus ſesqui medimno.* Plutarchus meminit, eum quinque ſervos in Hiſpaniam duxiſſe, ipſe ergo ſextus, hinc habere ſinguli modios non niſi ternos. Hoc ad Catonis frugalitatem prædicandam ille recenſet.

Sociorum pedit'bus par menſura datur ac Romanis) merito: nam & tantum capiebat eorum venter, quantum Romanorum. At non Equitibus: hinc ſubjungit

Equitibus tritici medimnus unus & triens) Sociorum equites minus quam Romani acceperunt. Ratio, quia minus digni & opulenti erant; adeoque nec a familia ita inſtructi cernebantur. Singulis ergo famulus unus ſufſecerit, & eſt menſura hæc in duo capita, modiorum ſc. octo. Simile in hordeo, quia habuere pauciora impedimenta. Præter frumentum, militibus etiam *Sal* & *leguminum* aliquid eſt datum. In Plutarchi Craſſo inter omina triſtia ſcriptum: Συνέπεσε μετὰ τὴν διάβασιν μετρουμένοις τὰ ἐπιτήδεια τοῖς στρατιώταις, πρῶτα πάντων δοθῆναι φακοὺς καὶ ἅλας, ἃ νομίζουσι πένθιμα Ρωμαῖοι. *Simul evenit ut poſt tranſitum fluminis, cum emetirentur neceſſaria exercitui, primum omnium darent lentem & ſalem, quæ Romani habent funebria.* Syneſius de Caro imperatore militariter cœnante. τὸ δὲ δεῖπνον ἦν, πίσσων ἔωλον ἔτνος, καὶ ἐν αὐτῷ τεμμάχια ἄττα ταρίχη κρεῶν ὑείων· *Cœna autem erat, e piſis pulmentum pridianum, & in ipſo fruſta aliquot ſalita ſuillæ carnis.* Hic habemus præter legumina etiam Suillam ſalitam, idque ex uſu caſtrenſi. Nam Spartianus de Hadriano ita ſcribit: *Cibis etiam caſtrenſibus in propatulo libenter utens, hoc eſt larido, caſeo & poſca.* Vulcatius in Avidia alios inſuper addit cibos. *Præter laridum ac buccellatum atque acetum, militem in expeditione quidquam portare prohibuit.* Ubi ſimul aceti meminit ad potum militarem conficiendum, & jam dictam poſcam. Quæ eſculenta & potulenta ſcriptoribus cibi militares dicuntur. Lampridius de Alexandro: *Apertis papilionibus prandit atque cænavit, cum militarem cibum cunctis videntibus atque gaudentibus ſumeret.*

Tamen permiſſum fuerat opulentioribus, ut etiam menſæ imponerent carnem aſſam vel elixam. Id docet Po-

Polyænus Lib. VIII. qui diſerte deſcribit reſtitutam a Scipione ad Numantiam diſciplinam militarem : ἐκέλευεν ἀριστᾷν ὀρθὸς ἄπυρον ὄψον, δειπνοῦντας δὲ περιφέρεσθαι καὶ κρέας ὀπτὸν καὶ ἑφθόν: *juſſit prandere ſtantes ſine igne cibum (incoctum) in cœnam vero proferre & addere carnem aſſam vel elixam.* Tria hic notantur ; primum præcepit, ut milites prandium tenuius pararent, & in prandio cibos ſine igne paratos caperent; tum ut cibos caperent ſtantes; denique ut in cænam proferrent carnem aſſam vel elixam. Quod tertium ita interpreteris velim; Scipio in cœna indulſit (non ſane juſſit) ſi copia eſſet, carnem aſſam addere aut elixam. Hinc Frontinus Lib. IV. c. 1. de Metello ſcribit: *Q. Metellus bello Iugurthino ſimiliter lapſam diſciplinam pari ſeveritate reſtituit, cum inſuper prohibuiſſet alia carne, quam aſſa elixave milites uti.* Quibus poſterioribus inſerenda ſunt a ſe aſſa elixave: nimirum ipſe Metellus, lixas coquos & totum id genus caſtris ejecit, vetuitque, non ſumere cibum coctum (quod bene notandum) ſed vendere. Ratio fuit; noluit proſtare venales illos cibos, ne facilitate parandi gula irritaretur; ſed ſiquis haberet e præda aut pecunia, ipſe pararet & veſceretur. Et hic ſenſus eſt etiam loci ſuperioris ex Polyæno adducti.

Itaque coctis cibis uti licuit, vendere aut emere non licuit. Hoc fine inter inſtrumenta militis Verua & ollas invenimus. Sic Appianus in Iber. ſcribit de Scipione: Καὶ σκεῦος οὐκ ἐξῆν ἐς δίαιταν ἔχειν οὐδενὶ, πλὴν ὀβελοῦ καὶ χύτρας χαλκῆς, καὶ ἐκπώματος ἑνός: *Et vaſum non licuit militi habere ad victum, præter veru, & ollam æneam & poculum unum.* Porro cum Scipio & Metellus vetuerunt cibum coctum vendi, apparet, illos noluiſſe, ut milites etiam panem ederent a profeſſo opifice ſive piſtore coctum, ſed ſubitarium, & quem ſua manu ipſe miles paraſſet; ſiquidem non ſolum illi ingenui, illi cives ſibi pararunt panem, ſed ipſe aliquis Imperator. Herodia-

dianus tradit, Antonium Caracallam, cum duritiem & robur præ ſe ferret, omnia militariter egiſſe, inquiens: ἄρτον προσεφέρετο αὐτοσχέδιον. σῖτον γὰρ ἀλήσας τῇ ἑαυτῦ χειρὶ, ὃ ἤρκει μόνῳ, μάζαν τε ποιήσας, καὶ ἐπ᾽ ἀνθράκων ὀπτήσας, ἐσιτᾶτο: *Panem addebat ſubitarium & negligenter factum. Triticum enim ſua manu molens, quod ipſi ſatis eſſet, maſſamque ex eo conficiens & in carbonibus coquens, eo veſcebatur.* Ergo manuarias molas circumferebant, aut in lapide tundebant; denique ſine furni aut clibani opera, ſubito in carbonibus aut ſub cinere coquebant. Panis igitur ille gravis, madidus, ideoque Plinio ſcriptum Lib. XVIII. c. 9. *Legem certam naturæ eſſe, ut in quocunque genere pani militari tertia portio ad grani pondus accedat.* Militarem, talem ſubitum & ſubcineritium appellat, nec bene aut diu coctum. Sed & ſine pane, frumento ſuo ſæpe uſi in pulte. Notum, a Plauto *Pultifagos* Romanos appellari. Et in Ammiano Lib. XXV. eſt, de Juliano Imperatore, jam in caſtris: *Et Imperatori non cunctis ciborum ex regio more, ſed ſub columellis tabernaculi cœnaturo pultis portio parabatur exigua, etiam munifici faſtidienda gregorio.*

Quod ad *Potum militarem* attinet, ille erat *AQVA.* Plutarchus de Catone Cenſorio: Ὕδωρ δὲ ἔπινεν ἐπὶ τῆς στρατείας, πλὴν εἴποτε διψήσας περιφλεγῶς ὄξος ᾔτησεν, ἢ ἰσχύος ἐνδιδούσης ἐπιλάβοι μικρὸν οἰνάριον: *Aquam bibit in militia, niſi ſi in acri ſiti & calore acetum poſceret, aut viribus deſtitutus exiguum aliquod villum ſumeret.* Hæc Cato, eques nobilis, Dux: qui plerumque aqua mera uſus, interdum aceto, non ſolo, ſed cum aqua mixto, quod ſupra diximus Poſcam, vel ut alii ſcribunt, Puſcam. In hanc ſententiam Spartianus, in Peſcennio: *Juſſit vinum in expeditione neminem bibere, ſed aceto univerſos eſſe contentos.* Univerſos igitur, non gregarios tantum milites, ſed ipſos Duces.

Ci-

Cibos captu . menſis non accumbebant. Polyænus Lib. VIII. de Scipione: *προσέταξε δὲ ἀποπέμψασθαι καινὰς* (fortaſſe καὶ τὰς) *τραπέζας, ἐκπώματα καὶ σκεύη πάντα, πλὴν χύτρας καὶ ὀβελίσκου καὶ ποτηρίου. Juſſit amplius amoveri novas* (ſive eliſo hoc vocabulo) *menſas, ſcyphos & vaſa omnia; præter ollam & veru & poculum.* Pro menſis illis erat elatior ceſpes. Suetonius de Tiberio exercitus ductore Cap. XVIII. *Trans Rhenum eum ordinem vitæ tenuit, ut ſedens, in ceſpite nudo cibum caperet.* Animadverte, ſedens cibum cepit, non jacens delicate aut recubans, civili illo promiſcuo more. A veteribus illis Romanis non menſæ ſolum e caſtris removebantur, ſed & vaſa argentea. Quapropter Pompejo exprobratur luxuria caſtrenſis in Jul. Cæſare Lib. III. Civ. *In Caſtris Pompeji videre licuit triclinia ſtrata, magnum argenti pondus expoſitum, recentibus Ceſpitibus tabernacula conſtrata.*

Pocula igitur adhibebant non argentea aut ſtannea, ſed lignea: id quod obſervamus ex Herodiano, Lib. IX. qui de Caracalla Antonino militem imitaute ita ſcribit: *τραπέζῃ τε εὐτελεῖ παρετίθετο, ἔσθ᾽ ὅπη καὶ ξυλίνοις ἐς πότον καὶ ἐδέσματα χρώμενος σκεύεσιν: Menſam vitem apponebat, atque etiam interdum ligneis vaſis ad potum cibumque utebatur.*

Hoc Sociis quidem gratis datur) bene & merito. Cum enim Romani civibus ſuis caſtra ſecutis pecuniæ ſtipendium dediſſent, quare non a Romanis Socii victum acciperent, quorum uſui & gloriæ militabant?

Romanis] autem ſive frumentum ſive veſtis tribuatur) Contra, ait, fuiſſe in Romanis, & iis nec muneri frumentum quidem datum: minus arma aut veſtem. Sed pro his omnibus, inquit, certa aliqua pecunia de ſtipendio detracta. Polybius autem notanter ſcribit, cenſam & definitam pecuniam eſſe deductam, Unde colligimus,

exi-

exiguum aliquid, nec pro arbitrio Quæſtorum, aut gravitate annonæ, ſed ſemper idem & ſemel definitum pretium eſſe deductum. Antequam huic Capiti finem imponamus, libet addere unicum de Armorum exercitiis Paragraphum, quibus Romanus miles, ſive laudis ſive præmiorum militarium cupiditate ductus, aſſiduam dedit operam & ſeſe ad bellum præparavit.

§. 7.

QUod ſiquis alium Romanorum ordinem in militia inſpexerit, videbit hoc grande eos habere virtutis meritum, non fortunæ beneficium. Non enim initium illis armorum ipſum bellum eſt, nec ſolum cum uſus aut neceſſitas eſt, manus movent, in pace feriati: ſed tanquam congeniti armis, nunquam pauſam Exercitii faciunt, nec expectant occaſiones. Meditationes autem illis ſive exercitia nihil a vero uſu fortitudinis & audaciæ abeunt, ſed quisque quotidie miles omni alacritate tanquam à bello exercetur. Quo fit ut facillime & pene ſine laboris ſenſu pugnas tolerent. Neque enim vel confuſio eos a conſueto ordine amovet & diſſipat, vel metus reddit attonitos, vel labor fatigatos. Sequitur verò victoria ſemper eos, cum in hos pugnent, qui non pariter confirmati. Nec ſane erraverit, qui dixerit, Exercitia eorum pugnas ſine ſanguine, Pugnas exerci-

ercitia cum ſanguine eſſe. Joſephus Lib. III. Excid.

Commentatio.

Non illis initium armorum bellum eſt) ante bellum cogitant & præparantur ad bellum. Præclare Seneca, ut omnia: *In ipſa ſecuritate animus ad difficilia ſe præparet & contra injurias fortunæ inter beneficia firmetur.* Miles in media pace ſine ullo hoſte decurrit, vallum jacit, & ſupervacuo labore laſſatur, ut ſuffi ere neceſſario poſſit. Quem in ipſa re trepidare nolueris, ante rem exerceas.

Nunquam pauſam exercitii faciunt) Vegetius: *Juniores & novi milites, mane & poſt meridiem, ad omne genus exercebantur armorum, veteres autem & eruditi, ſemel in die exercebantur.* Imo non ſolum milites; ſed & ipſi Duces faciebant, ut ſcientiam oſtentarent & in exemplum. Hoc nomine Scipionem, qui poſtea Africanus appellatus eſt, laudat Silius Lib. VIII. P. Valerium Conſulem Livius Lib. VII. Pompejum Salluſtius. Trajanum Imperatorem Plinius in Paneg. *Quid apud milites? quam admirationem, quemadmodum comparaſti? cum tecum in illa meditatione campeſtri militaribus turmis Imperatorium pulverem ſudoremque miſceres, nihil a ceteris, niſi robore ac præſtantia differens. Cum libero Marte nunc cominus tela vibrares, nunc vibrata ſuſciperes; alacer virtute militum & lætus quoties aut caſſidi tuæ aut clypeo gravior ictus incideret. Laudabas quippe ferientes, hortabariſque ut auderent, & jam audebant. Cum ſpectator moderatorque ineuntium certamina virorum, arma componeres, tela tentares, ac ſi quod durius accipienti videretur, ipſe vibrares.* Ergo omnes exercebantur; hinc additur

Quis-

Quisque quotidie miles) quotidie quidem exercebantur; ſed maxime in *Stativis* aut *Hibernis*, cum quies ſcilicet a vero certamine & ab hoſte. Vegetius notat, *nec pluviis & hiemantibus diebus ceſſaſſe; ſed ei rei porticus quasdam & baſilicas leviter canna aut ſtramine tectas habuiſſe, in quibus equites peditesque exercebantur*. Alias in Campo. Unde Campeſtres exercitationes in Suetonio. Exercitia autem illa militaria Centurio aliquis aut miles annorum armorumque vetus docebat, quem Vegetius *Campidoctorem* ſive *Doctorem armorum*, ὁπλοδιδακτὴν appellat. Plinius Paneg. *Poſtquam exercitationibus noſtris non veteranorum aliquis, cui decus muralis aut civica, ſed Græculus magiſter adſiſtit.* Docet, ſuo tempore Græculum magiſtrum adhibitum eſſe, olim non fuiſſe ſic. Vegetio commemorantur ſequentia Exercitia:

AMBULATIO. Vegetius Lib. I. c. 11. Nihil magis in itinere vel in acie cuſtodiendum eſt, quam ut milites incedendi ordinem ſervent. Quod aliter non fieri poteſt, niſi ut aſſiduo exercitio ambulare celeriter & æqualiter diſcant. In hoc exercitio duo ſpectabantur, *Celeritas* in Ordinato inceſſu, ſub ſignis & ſub armis; tum etiam *Æqualitas*, ut ſuis juſtisque intervallis. Idem Lib. I. c. 27. Oſtendit, hanc rem etiam curæ fuiſſe bonis Imperatoribus. *Vetus*, inquit, *conſuetudo permanſit, & D. Auguſti atque Hadriani conſtitutionibus præcavetur, ut ter in menſe, tam equites quam pedites educantur Ambulatum*: hoc enim verbo hoc exercitu genus nominat. Decem millia paſſuum armati inſtructique omnibus telis pedites, militari gradu ire ac redire in caſtra jubebantur, ita ut aliquam itineris partem curſu alacriore conficerent. Quando hic decem millia dicit, intelligit, decem millia eundo & redeundo; i. e. viginti millia paſſuum: nam tantum iter confici militari gradu uno die debuit. Id quod Vegetius Lib. I. Capite illo ipſo de Ambulatione indicat: *Militari gradu*

vi-

viginti millia paſſuum horis quinque duntaxat æſtivis, conficienda ſunt. Pleno autem gradu, qui citatior eſt, totidem horis viginti quatuor. Hoc notandum, ut nobis innoteſcat loquendi formula Cæſari aliiſque uſitata. Eo die juſtum iter confectum, i. e. quantum militari gradu vulgo ſolet; ſic tamen, ut horas ſemper aliquot ſumas ad quietem.

DECVRSIO haud diſſimilis fuit Ambulationi: et fit in armis & ſub ſignis. Finem & fructum Vegetius Lib. I. c. 9. *Ad curſum præcipue adſueſaciendi ſunt milites, ut majore impetu in hoſtem procurrant: ut loca opportuna celeriter occupent; ut ad explorandum alacriter pergant; ut fugientium terga facilius comprehendant.* Livius Lib. XXVI. *Inter militaria exercitia ludosque, quos Scipio inſtituit, primo die Legiones in armis quatuor millium ſpatio decurrerunt:* quod grande ſpatium, ſi attendimus, non itum ſed curſum eſſe. Hac conſuetudine etiam uſi ſunt Principes. Suetonius in Nerone: Indicta decurſione Prætorianis, ſcutum ſua manu prætulit. Hæc Decurſio ad Tubam facta, & ad eandem revocata.

SALTVS. Ejus utilitatem oſtendit Vegetius Lib. I. c. 9. Ad ſaltum etiam exercendus eſt miles, quo vel foſſæ tranſiliuntur, vel impediens aliqua altitudo ſuperatur, ut cum ejusmodi difficultates venerint, poſſit ſine labore tranſire. Silius de Scipione — —

tranſcendere ſaltu murales foſſas.

NATATIO. Manifeſta utilitas. Vegetius de ipſa re Lib. III. c. 4. *Seu mare ſeu fluctus vicinus eſt ſedibus, æſtivo tempore ad natandum cogendi ſunt omnes.* In ipſa urbe, aut ad urbem, hoc olim factum. Et Romam veteres (ait alio loco Vegetius) Campum Martium vicinum Tiberi ideo delegerunt, in quo juventus poſt exercitium armorum, ſudorem pulveremque dilueret; ac curſus

laſſitudinem natandi labore deponeret. Fuit & Piſcina huic rei in Feſto: Piſcinæ publicæ hodieque nomen manet, ipſa non extat, ad quam & natatum & exercitationis alioqui cauſa veniebat populus. Tanta cura hæc res eſt ſuſcepta, ut Parentes quidam ipſi filios ſuos docerent, ut Cato Priſcus apud Plutarchum in Cat. Suetonius de Auguſto: *Nepotes & literas & natare & alia rudimenta per ſe pleraque docuit.*

PALARIA. Fuere etiam certum armorum exercitium & pugnæ. Statuebatur palus in terra rectus & fixus, qui ſex pedes emineret ad modum hominis, eumque hinc illinc tyro aſſiliebat, & variis ictibus, adſtante magiſtro, petebat. In qua exercitatione ait Vegetius, ſervabatur illa cautela, ut ita tyro ad inferendum vulnus inſurgeret, ne qua ex parte ipſe pateret ad plagam. Meminit hujus exercitii Seneca Ep. XVIII. *Exerceamur ad palum, & ne fortuna nos imparatos deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris.*

ARMATVRA. Quod levium fuit, uti Palaria gravium. De eo Vegetius Lib. I. c. 13. *Illo exercitii genere, quod Armaturam vocant & a Campidoctoribus traditur, imbuendus eſt tyro.* Nihil aliud, quam haſtilium, jaculorum, pilorum ſagittarum miſſio hoc nomine venit. Hæc eſt cauſa, quare ipſi leves milites dicti ſint *Armaturæ.* Olim quidem, juncto nomine altero, *Leves Armaturæ*, Livio atque aliis; ſed compendio poſtea, *Armaturæ*, ut dixi. Vegetius Lib. II. c. 15. *Poſt hoc erant ferentarii & leves Armaturæ, quos nunc Exculcatores & Armaturas dicimus.* Ad hanc Armaturam reſpicit Seneca. Juventutem majores noſtri rectam exercuerunt, haſtilia jacere, ſudem torquere, equum agitare, arma tractare.

SALITIO. Ea ad Equites ſpectat. Diſcebant enim celeriter & expedite ab utravis parte, gladiis etiam ſtrictis,

ctis, aut contum tenentes, ſaltare in ligneum equum. Res tota deſcripta Vegetio Lib. I. cap. 18. *Neceſſarium hoc illi ævo, quod adjumenta ad ſcandendum in equis nulla habuit.* Equites etiam alia exercitia, curſus, flexus, orbes, aliaque didicere, quorum uſus erat in prælio. Huc reſpicit Virgilius, Lib. V. Æn. Aſcanium introducens, qui cum agmine ſuo puerili certamen iniit ludicrum, curſusque inſtruxit equorum:

Poſtquam omnem læti conſeſſum, oculosque ſuorum
Luſtravere in equis: ſignum clamore paratis
Epytides longe dedit, inſonuitque flagello.
Olli diſcurrere pares, atque agmina terni
Diductis ſolvere choris: rurſusque vocati
Convertere vias, infeſtaque tela tulere.
Inde alios ineunt curſus, aliosque recurſus
Adverſis ſpatiis, alternosque orbibus orbes
Impediunt, pugnæque cient ſimulacra ſub armis
Et nunc terga fugæ nudant, nunc ſpicula vertunt
Infenſi, facta pariter nunc pace feruntur.

Equites noſtri ſuperioribus ſeculis didicere etiam concurſus quos haſtiludia, torneamenta, Thurniere/ vocabant; ſed ii ad delicias fere & oblectamenta aulæ hodie ſunt converſi.

CAPUT VII.

Ἡ ἐκ τῆς παρεμβολῆς ἀναστρατοπεδεία, καὶ πάλιν καταστρατοπεδεία.

Ratio movendi caſtra, ducendi agminis & figendi tentoria.

Polyb. §. 1.

ΤΑ'ς δ' ἐκ τῆς παρεμβολῆς ἀναστρατοπεδείας ποιοῦνται τὸν τρόπον τοῦτον· Ὅταν τὸ πρῶτον σημήνη, καταλύουσι τὰς σκηνὰς, καὶ συντιθέασι τὰ φόρτια πάντες. οὔτε δὲ καθελεῖν ἔξεστιν, οὔτ' ἀναστῆσαι πρότερον οὐδένα τῆς τῶν χιλιάρχων καὶ στρατηγοῦ σκηνῆς· Ὅταν δὲ τὸ δεύτερον, ἀνατιθέασι τὰ σκευοφόρα τοῖς ὑποζυγίοις.

Verſio Latina.

PRofectionem e caſtris hoc modo inſtituunt. Si primum datum eſt ſignum, tentoria omnes detendunt, & vaſa colligunt. Sed neque auferre neque figere ſuum cuiquam tabernaculum prius fas eſt, quam Tribunorum & Imperatoris erigantur aut detendantur. Ubi autem ſecundum ſignum ſonuit, imponunt ſarcinas jumentis.

Com-

Commentatio.

PRofectionem e caſtris hoc modo inſtituunt.) Duplex genus Agminis deſcribit Polybius. *Prius commune*, & cum ſine motu incedunt, quod eſt tale: Præeunt & exeunt Extraordinarii & agmen ducunt, fortaſſe quia Portæ Prætoriæ vicini erant, per quam egrediebantur. Secundi, cornu dextrum Sociorum. Tertii, prima legio. Quarti, ſecunda. Ultimi, lævum cornu. Ad latera Equites, aut quisque poſt ſuorum agmen, i. e. Sociorum poſt Socios; Romani poſt Legiones. Habet enim quæque legio ſuam alam & item cornu. Media bis ſingulis ordinibus ſunt impedimenta. *Alterum genus* non ita commune, & cum in hoſtico & vicino periculo incedunt. Id tale. Præeunt impedimenta Principum, & mox ipſi: idem in Triariis. Eſt igitur tum quaſi compoſita ad pugnam acies, niſi quod evolvere ſe oportet ab im ed mentis, quod fit ad latus alterum declinando & in hoſtem eundo, illis ſubſiſtentibus, aut retro ſubductis.

Si primum datum eſt ſignum) Id *Itinerarium ſonare* Ammianus dixit: *Extracta quiete nocturna, Itinerarium ſonare lituos jubet.* Lib. XXIV. Ad primum autem hoc ſignum vaſa colliguntur, & ad ſecundum mulis imponuntur, ut infra ex Joſepho patebit. Inde ſervi apud Plautum dictio: *Cor colligatis vaſis expectat meum.* Ceterum ne quis Polybii verbis: Ubi autem ſecundum ſignum ſonuit, imponunt ſarcinas jumentis; deceptus, arbitretur, milites omni prorſus onere vacuos inceſſiſſe; cum tamen Joſephus illos ob ſarcinas, quas in agmine tulerant, cum mulis comparat, ſcribens, ὀλίγον ἀποδεῖν τῶν ἀχθοφορούντων ὀρέων τὸν πεζὸν, *parum abeſſe a mulis ſarcinariis peditem Romanum;* hic in medium prodire jubebo Ciceronem, qui Polybio tacente, doceat, quibus ſarcinis impeditus iter fecerit Romanus miles. Unde poſtea nobis facile exiſtiman-

mandi copia dabitur, quas ſarcinas jumentis ſuis impoſuerit. Verba ejus e Tuſculana ſecunda ſunt ſequentia:

§. 2.

NOſtri exercitus primum, unde nomen habeant, vides; deinde quis labor & quantus Agminis. Ferre plus dimidiati menſis cibaria, ferre ſi quid ad uſum velint, ferre vallum. Nam ſcutum, gladium, galeam noſtri milites onere non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus. Arma enim membra eſſe militis dicunt, quæ quidem ita geruntur apte, ut ſi uſus foret, abjectis oneribus, expeditis armis, ut membris pugnare poſſint.

Commentatio.

NOſtri exercitus.) Exercitus dicitur ab exercendo Vegetius Lib. II. c. 1. *Exercitus ex ipſa re atque opere exercitii nomen accepit.* Varro: *Exercitus, quod exercitando fit melior*, i. e. fortior. Exercitio enim continuo indureſcit miles & laboris ferendi fit patientior. Unde Hippocrates Lib. II. de Diæta: οἱ γὰρ ἀγύμναστοι τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ παντὸς κοπιῶσι πόνου; *Inexercitati homines ab omni labore fatigantur.*

Qui labor & quantus agminis.) De aliis exercitiis tacet, illa ſola agminis ſive oneris exponit. Quæ profecto magna, & quibus ferendis non niſi caſtris adſueti pares erant. Hinc Fabius Lib. XI. c. 3. *Adſueta Gymnaſiis & oleo corpora, quamlibet ſint in ſuis certaminibus ſpecioſa atque robuſta, ſi militare iter faſceſque & vigilias imperes, deficiant & quærant unctores ſuos.*

Fer-

Ferre plus dimidiati menſis cibaria) Quatuor oneris genera militibus imponit: *Cibum*, *Utenſilia*, *Vallum*, *Arma*. De cibo ait, ferre plus dimidiati menſis. Omnino plus; & ſæpe etiam totius menſis. Livius Lib. XLIV. *Prætore dimiſſo, Conſul menſtruum juſſo milite ſecum ferre, profectus eſt.* Etiam ævo Principum illa durities manſit. Ille cibus, quem ſecum portabant; vel fuit frumentum, vel panis bis excoctus, quem *Buccellatum* (quia ſectus in bucceas) vocabant. De frumento paſſim legimus. Jul. Cæſar. Lib. I. c. 16. B. G. *quotidie frumentum, quod eſſent publice polliciti, flagitare. Ubi ſe diutius duci intellexit, & diem inſtare, quo die frumentum militibus metiri oporteret.* —— —— Frumentum illud tundebant, pinſebantque, aut molis manuariis frangebant. Certe molas quoque inter inſtrumenta militaria fuiſſe & comitatas caſtra, cognoſcimus ex Livio, apud quem varii Italiæ populi Scipioni, ituro in Africam, conferunt ſcuta, galeas, haſtas, ſecures, rutra, falces, alveolos, molas. Molas nominat, quas jumenta ferebant. Hujus moris mentionem facit tanquam vetuſtioris Virgilius Lib. II. Æn. qui de Trojanis graviſſima tempeſtate ad Lybicum littus appulſis ita canit:

Tum Cererem corruptam undis, Cerealiaque arma
Expediunt feſſi rerum: frugesque receptas
Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo.

Deinde ſecum portabant Buccellatum panem. Spartianus in Piſcennio: *Piſtores ſequi expeditionem prohibuit, buccellato jubens milites & omnes contentos eſſe.* Dicit, Buccellatum communem fuiſſe cibum; ſed delicatiores quosdam aſperitatem iſtam aut ſiccitatem refugiſſe, & habuiſſe in exercitu piſtores ad panem recentem. Ille vetuit, & juſſit milites, imo omnes (Legatos, Duces, honeſtiores) eo cum aliis uti. Atque hæc poſterior ratio priore utilior fuit; quia ponderis minus ferebant,

quam ſi frumentum ſecum portare cogerentur. Panem hunc bis coctum, quod nomen hodie retinet Zwieback/ oder Zweyback/ Græci Δίπυρον dicebant, bis ignitum. Suidas: δίπυρος ἄρτος, ὁ παρὰ Ῥωμαίοις λεγόμενος παξαμᾶς: *Bis coctus panis, qui Romanis dicitur Paxamas*. Intelligit Græculos illos in Imperio Bizantino, qui ſic dixere. Hunc buccellatum in ſaccis ſecum ferebant. Suidas producit hac de re fragmentum incerti Scriptoris: Σισύρας ἐπὶ τῶν ὤμων φέροντες, ἐν αἷς δὴ ἄλλο οὐδὲν, ὅτι μὴ διπύρους ἄρτους οἴκοθεν ἐμβεβλημένοι ἀπῄεσαν: *Saccos pelliceos in humeros ferentes, in quibus nihil aliud quam panes bis coctos domi impoſuerant, abibant.* Simile olim, quod ad Saccos, quos πήρας Peras Polybius appellat.

Ferre ſiquid ad uſum velint) Hæc ſunt utenſilia. Partem eorum recenſet Joſephus: Ferunt, inquit, Romani pedites haſtam & ſcutum: πρὸς δὲ τούτοις, πρίονα καὶ κόφινον, ἄμην τε καὶ πέλεκυν. πρὸς δέ, ἱμάντα καὶ δρέπανον καὶ ἅλυσιν· *Præter iſta, ſerram & corbem, rutrum & ſecurim; amplius, lorum, falcem & catenam.* Multa ſane hæc onera, & pertinent pleraque ad lignandum, pabulandum, muniendum: poſtremum, id eſt, Catena, ad captivos vinciendos. Præterea portabant olla, veru, & talia ad victum. Hac ſarcina onuſtum militem oſtendit Trajani Columna & Figura.

Ferre vallum) tertium id onus. Ferebant vallum, imo vallos. Miles conſuetudine ſua ternos aut quaternos ferebat. Ipſe Polybius, ubi ex profeſſo de vallis Lib. XVII. εἷς ἀνὴρ τρεῖς καὶ τέτταρας συνθεὶς ἐπ' ἀλλήλους: *Unus vir fert tres aut quatuor. ſimul eos componens.* Iſti autem ferebantur, ut ſtatim liceret vallare ſe & munire, ſi caſtra ſubito locanda, aut alia neceſſitas urgeret, Livius de ſeptenis loquitur, ubi Scipio diſciplinam reformat ad Numantiam. *Triginta dierum frumentum & ſeptenos vallos ferre cogebat.* Sed hoc rarius fiebat.

Nam

Nam ſcutum, galeam) quartum onus, Arma. Imo non onus, ait Cicero, & habent milites quaſi ſua membra. Apud Hegeſippum Romani ſic ajunt Lib. III. *Aliis arma oneri ſunt, nobis integumento, quia uſu levantur.* Sed addit Cicero, apte geſta fuiſſe: quod vides in Imagine militis ſupra poſita Fig. Pendet galea a dextro humero ad pectus; ſcutum in ſiniſtra, in eadem pertica cum ſarcinis. Polybius tamen ait, ſcutum ab humeris loro revinctum pependiſſe, manibus tuliſſe pila & vallos. Cum igitur tot & tanta onera tuliſſet Romanus miles, merito eum cum jumento comparat Joſephus, cujus locum jam ſupra dedimus. Et ſic onuſti milites, quod admirationem noſtram intendat, iter grande ſæpe conficiebant. Vegetius Lib. I. c. 19. *tirones ſuos adſuefacit pondus bajulare uſque ad ſexaginta libras, & iter facere gradu militari, quibus in arduis expeditionibus neceſſitas imminet annonam pariter & arma portanda.* Gradus militaris erat grandior quem Vegetius ita definit: *Horis quinque æſtivis viginti quinque millia paſſuum militari gradu confici.* Exempla hujus celeritatis paſſim obvia ſunt. Cæſar ad Gergoviam nuntio accepto de Æduorum defectione, poſt mediam noctem legiones quatuor expeditas, & equitatum educit: paſſuum millia XXV. progreſſus, agmen Æduorum conſpicit, moratur, in deditionem accipit: tribusque horis nocturnis exercitui ad quietem datis, ſummo ſtudio militum, ante ortum ſolis, in caſtra redit. Ita quinquaginta millia conficit a media nocte ad diei alterius initium: quod ſane mirum, rebus gerendis & hoſte impeditus. Veterum milites raro equo vehebantur. Cum Scipio tales quosdam ignavos in agmine ſuo vidiſſet, equis detrahi eos juſſit & addidit: *Nihil ab eo milite boni expectandum, qui pedibus ſuis ambulare non poſſet.*

Polyb. §. 3.

Ἐπὰν δὲ τὸ τρίτον σημήνῃ, προάγειν δεῖ τοὺς πρώτους, καὶ κινεῖν τὴν ὅλην παρεμβολήν. Εἰς μὲν οὖν τὴν πρωτοπορείαν, ὡς ἐπίπαν, τάττουσι τοὺς ἐπιλέκτους· Τούτοις δὲ τὸ τῶν συμμάχων δεξιὸν ἐπιβάλλει κέρας. Ἑξῆς δὲ τούτοις ἕπεται τὰ τῶν προειρημένων ὑποζύγια. Τῇ δὲ τούτων πορείᾳ πρῶτον τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀκολουθεῖ στρατόπεδον, ἔχον ὄπισθεν τὴν ἰδίαν ἀποσκευήν· Ἔπειτα κατακολουθεῖ τὸ δεύτερον, στρατόπεδον, ἑπομένων αὐτῷ τῶν ἰδίων ὑποζυγίων, καὶ τῆς τῶν συμμάχων ἀποσκευῆς, τῶν ἀπὸ τῆς οὐραγίας τεταγμένων· Τελευταῖον γὰρ ἐν τῇ πορείᾳ τάττεται τὰ συμμάχων εὐώνυμον κέρας· Οἱ δ' ἱππεῖς ποτὲ μὲν ἀπου-

Verſio Latina.

AT tertio dato ſigno, primos oportet procedere & tota caſtra movere. Et in primo quidem agmine ut plurimum Extraordinarios locant. Succedit his Sociorum Cornu dextrum, hoc continuo ſequuntur modo dictorum jumenta: horum agmen prima legio Romana excipit, ſuas a tergo ſarcinas habens. Pone hos it ſecunda legio, ſequentibus propriis jumentis & eorum Sociorum impedimentis, qui ad tergum locati ſunt. Nam in noviſſimo agmine Siniſtrum locatus cornu. Equites modo ſuam quiſque partem a tergo conſequuntur;

ἀπεργοῦσι τοῖς αὐτῶν ἑκάστῳ μέρεσι. ποτὲ δὲ παρὰ τὰ ὑποζύγια πλάγιοι παραπορεύονται, συνέχοντες ταῦτα. καὶ τὴν ἀσφάλειαν τούτοις παρασκευάζοντες. προσδοκίας δ᾽ οὔσης κατὰ τὴν οὐραγίαν, τὰ μὲν ἄλλα παρ᾽ αὐτοῖς τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον. Αὐτοὶ δ᾽ οἱ τῶν συμμάχων ἐπίλεκτοι, τὴν οὐραγίαν ἀντὶ τῆς πρωτοπορείας μεταλαμβάνουσι.

tur; modo ad latera jumentis adequitant, continentes ea & ſecuritatem præſtantes. Quoties a tergo hoſtis expectatur, reliqua quidem eodem modo atque ordine manent, ipſi tantum Extraordinarii pro fronte tergum curant, eoque traducuntur.

Commentatio.

AT *tertio dato ſigno)* ter ſonuit ſignum, ut nihil trepide aut confuſe, ſed cuique ſigno reſponderet ſua actio. Joſephus: ἐξιέναι δὲ τοῦ στρατοπέδου δέον, ὑποσημαίνει μὲν ἡ σάλπιγξ, ἠρεμεῖ δὲ οὐδείς, ἀλλ᾽ ἅμα νεύματι τὰς μὲν σκηνὰς ἀναιροῦσιν, πάντα δὲ ἐξαρτύονται πρὸς τὴν ἔξοδον. πάλιν δὲ αἱ σάλπιγγες ὑποσημαίνουσιν παρεσκευάσθαι. Οἱ δὲ ἐν τάχει τοῖς τε ὀρεῦσι καὶ τοῖς ὑποζυγίοις ἐπιτιθέντες τὴν ἀποσκευήν, ἑστᾶσιν ὥσπερ ἐφ᾽ ὕσπληγγος ἐξορμᾶν ἕτοιμοι, ὑποπιμπρᾶσί τε ἤδη τὴν παρεμβολήν, ὡς αὐτοῖς μὲν ῥᾴδιον ἐκεῖ πάλιν τειχίσασθαι, μὴ γένοιτο δὲ ἐκεῖνό ποτε τοῖς πολεμίοις χρήσιμον. Καὶ τρίτον δὲ ὁμοίως αἱ σάλπιγγες προσημαίνουσι τὴν ἔξοδον, ἐπισπέρχοντες τοὺς δι᾽ αἰτίαν τινὰ βραδύνοντας, ὡς μή τις ἀπολειφθείη τάξεως· Ὅτε κῆρυξ δεξιὸς τῷ πολεμάρχῳ παραστάς, εἰ πρὸς πόλεμόν εἰσι ἕτοιμοι τῇ πατρίῳ γλώσσῃ τρὶς ἀναπυνθάνεται, κἀκεῖνοι τοσαυτάκις ἀντιβοῶσι μέγα τι καὶ πρόθυμον, ἕτοιμοι λέγον-

γοντες. Φθάνουσί τε τὸν ἐπερωτῶντα, καί τινος ἀρηΐου πνεύματος ὑπο πιμπλάμενοι, τῇ βοῇ συνεξαίρουσι τὰς δεξιάς. Ἔπειτα προϊόντες ὁδεύουσιν ἡσυχῇ, καὶ μετὰ κόσμου πάντες, ὥσπερ ἐν πολέμῳ τὴν ἰδίαν τάξιν ἕκαστος φυλάσσων. *Cum caſtris egrediendum eſt, ſignificat id quidem Tuba, nemo autem quieſcit, ſed vel ſolo nutu moniti, (Lipſius in Græco legi mavult* ἅμα πνεύματι, *quod eſſet, una cum tubæ Flatu & ſpiritu) tabernacula tollunt, atque omnia ad exitum aptantur. Iterum vero tubæ ſignificant, paratos eſſe; atque illi mulis & vehiculis imponentes impedimenta: ſtant velut in carceribus exire parati & avidi: incendunt vero tunc ſua caſtra ut quibus facile eſt iterum ea conſtruere, & ne hoſtibus quandoque ea uſui ſint. Et ſimul tertio tubæ dant ſignum, quæ urgent & excitant ob cauſam aliquam tardantes, nequis ordinem deſerat. At præco dexter Imperatori adſiſtens, an ad bellum parati ſint, patrio ſermone ter percunctatur: atque illi toties contra acclamant alta & alacri voce, paratos ſe eſſe. Occupant autem & præveniunt interrogantem, & Martiali quodam ſpiritu repleti una cum voce dextras attollunt. Tum progredientes viam faciunt, ſilentio & quiete, decenter omnes, tanquam in bello, proprium ordinem aſſervantes.*

Prima legio Romana) Hæc eſt conſuetudo, cujus J. Cæſar II. B. G. meminit. Quidam ex Belgis, eorum dierum conſuetudine itineris noſtri exercitus perſpecta, nocte ad Nervios pervenerunt, atque his demonſtrarunt, inter ſingulas legiones impedimentorum magnum numerum intercedere, neque eſſe quidquam negotii, cum prima legio in caſtra veniſſet, reliquæque legiones magnum ſpatium abeſſent, hanc ſub ſarcinis adoriri. Hæc ita Belgæ haud vane obſervarunt & retulerunt; ſed fefellerat, quod Cæſar mox mutavit, vicinus hoſti; & Agmen alterum inſtitui, de quo jam Polybius.

Po-

Polyb. §. 4.

Παρὰ δὲ μίαν ἡμέραν τὰ μὲν ἡγεῖται τῶν στρατοπέδων καὶ τῶν κεράτων, τὰ δ' αὐτὰ πάλιν ἕπεται ταῦτα κατόπιν, ἵνα τῆς περὶ τὰς ὑδείας καὶ σιτολογίας ἀκεραιότητος πάντες ἐπ' ἴσον κοινωνῶσι, μεταλαμβάνοντες ἀεὶ τὴν ἐπὶ τῆς πρωτοπορείας ἐναλλὰξ τάξιν. Χρῶνται δὲ καὶ ἑτέρῳ γένει πορείας ἐν τοῖς ἐπισφαλέσι τῶν καιρῶν, ἐὰν ἀναπεπταμένους ἔχωσι τόπους. Ἄγουσι γὰρ τριφαλαγγίαν παράλληλον τῶν Ἁστάτων καὶ Πριγκίπων καὶ Τριαρίων, τάττοντες τὰ τῶν ἡγουμένων σημαιῶν ὑποζύγια πρὸ πάντων. Ἐπὶ δὲ ταῖς πρώταις σημαίαις τὰ τῶν δευτέρων. Ἐπὶ δὲ ταῖς δευτέραις τὰ τῶν τρίτων. Καὶ κατὰ λόγον οὕτως ἐναλλὰξ ἀεὶ τιθέντες τὰ ὑποζύγια ταῖς

Verſio Latina.

Alternis autem diebus altera legio & alterum cornu præcedunt, eædemque rurſus ſequuntur, ut ex æquo omnes aquatione & pabulatione integra fruantur, mutantes ſemper ordinem, ut alternatim primi incedant. Utuntur & alio genere agminis temporibus periculoſis, cum patentia habent loca. Ducunt enim triplicem phalangem ſive aciem pari intervallo diſtantem, Haſtatorum, Principum & Triariorum, jumenta primorum manipulorum omnibus præponentes; poſt autem primos manipulos jumenta ſecundorum; poſt ſecundos, tertiorum; at-

ταῖς σημαίαις. Οὕτω δὲ συντάξαντες τὴν πορείαν, ἐπειδὰν προσπίπτῃ τι τῶν δεινῶν, ποτὲ μὲν παρ᾽ ἀσπίδα κλίναντες, ποτὲ δ᾽ ἐπὶ δόρυ, προάγουσι τὰς σημαίας ἐκ τῶν ὑποζυγίων πρὸς τὴν τῶν πολεμίων ἐπιφάνειαν. Λοιπὸν, ἐν βραχεῖ χρόνῳ καὶ μιᾷ κινήσει τὸ μὲν τῶν ὁπλιτῶν σύστημα λαμβάνει παρατάξεως διάθεσιν, ἐὰν μή ποτε προσεξελίξαι δέῃ τοὺς Ἀστάτους. τότε τῶν ὑποζυγίων καὶ τῶν παρεπομένων τούτοις πλῆθος ὑπὸ τοὺς παρατεταγμένους ὑπεσταλκὸς, ἔχει τὴν καθήκουσαν χώραν πρὸς τὸν κίνδυνον.

atque hoc modo ſemper alternatim jumenta collocantes. Hac autem ratione compoſito agmine, ſiquid ingruat periculi, modo ad ſcutum modo ad haſtam convertentes, manipulos extra jumenta in eam partem educunt, unde haſtis proruerit. Ceterum brevi tempore & motu unico, tum armatorum manus in acie reperitur inſtructa; niſi forte inſuper oporteat Haſtatos evolvi. Tunc jumenta & omnis multitudo, quæ caſtra ſequitur, pone terga ſtantium in acie ſubducta, commodam adverſus pericula ſtationem obtinent.

Τῶν κεράτων) τὸ κέρας vertit Caſaubonus Alam. Ego cum Lipſio Cornu.

Ποτὲ μὲν παρ᾽ ἄσπιδα κλίναντες, ποτὲ δ᾽ ἐπὶ δόρυ) modo ad ſcutum inclinantes modo ad haſtam. Eſt Phraſis milita-

taris Polybio & aliis Græcis Scriptoribus familiaris: & παρ' ἀσπίδα κλίνειν, denotat, ad ſiniſtram deflectere & ſeſe obvertere; Contra ἐπὶ δόρυ κλίνειν, ad dextram ſe vertere. Ratio ſermonis, quia in alterutra ea manu Scutum vel Haſta.

Commentatio.

Niſi forte Haſtatos evolvi oporteat.) Dictio ſatis obſcura: ejus ſenſus autem eſſe videtur: Conſpecto hoſte, nihil rei aut operæ eſſe, niſi ut relictis in loco, ubi erant, jumentis, Haſtati ad latus ſeſe explicarent & paululum decederent militari via & loco conſiſterent: itemque Principes & Triarii; & ſic acies inſtructa ſtaret. Quod ad Velites attinet, quorum nullam mentionem facit Polybius, credibile eſt, locum iis fuiſſe in Acie, id eſt, in fronte aut lateribus juxta equites ſuos, Servius ex Varrone notat. Duo ſunt genera agminum; *Quadratum*, quod immiſtis etiam jumentis incedit, ut ubivis poſſit conſidere. *Pilatum* alterum, quod ſine jumentis incedit; ſed inter ſe denſum eſt, quo facilius per iniqua loca transmittatur. Scaurus de vita ſua: *in agrum hoſtium veni, pilatim exercitum duxi, i. e. ſtrictim & denſe.* Quare hic Servius alterum agmen, quod immixta habebat jumenta appellet quadratum, dubitat Lipſius, nec ego novi. Certe a diverſis Haſtatorum ſcilicet, Principum & Triariorum generibus ita vocari nequit, cum triplex modo agmen omnium copiarum ſit. Alias Quadratum dicitur Agmen ab æqualibus ordinibus, ſive æqualibus lateribus militum in longitudine & latitudine diſpoſitis, qua ratione exercitus ad prælium committendum componitur. Hinc J. Cæſar Lib. VIII, c. 8. B. G., ſi forte hoſtes trium legionum numero poſſet elicere ad dimicandum, agminis Ordinem ita conſtituit, ut legio VII. VIII. IX. ante omnia iret impedimen-

menta; deinde omnium impedimentorum agmen (quod tamen erat mediocre, at in expeditionibus eſſe conſuevit) cogeret XI. ne majoris multitudinis ſpecies accidere hoſtibus poſſet, quam ipſi depopoſciſſent. *Hac ratione pene quadrato agmine inſtructo, in conſpectum hoſtium, celerius opinione eorum, exercitum adducit.* De' *iſto Quadrato* in hoſtili agro loquitur Salluſtius, de Mario ſcribens: *Neque tamen victoria ſocors aut inſolens factus ſed pariter atque in conſpectu hoſtium, quadrato agmine incedebat.* Prius illud agminum genus, cujus meminit Servius, ejusmodi Quadrum eſt, quod in longum magis magisque eſt extenſum, alias Quadratum oblongum Mathematicis dictum. Quod Appianus cum laterculo comparat in Iberico: Lucullus, inquit, metu hoſtium, *τετράγωνον ἐν πλινθίῳ τὸν στρατὸν ἄγων*: quadratum, in formam laterculi, agmen ducens. Vide infra variam Aciei diſpoſitionem. p. 331.

Polyb. §. 5.

Ὅταν δὲ, κατὰ τὰς πορείας ἐγγίζωσι στρατοπεδεύειν, προπορεύονται χιλίαρχος καὶ τῶν ταξιαρχῶν οἱ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἀεὶ προχειρισθέντες· Οἵτινες ἐπειδὰν συνθεάσωνται τὸν ὅλον τόπον, οὗ δεῖ στρατοπεδεύειν, ἐν αὐτῷ τούτῳ πρῶτον μὲν διέλαβον τὴν τοῦ στρατηγοῦ σκηνὴ-

Verſio Latina.

Cum ad illum locum agmen pervenit, ubi caſtra ſunt ponenda, præcedunt Tribunus & illi Centuriones, quos moris eſt ad eam rem eligere. Hi locum univerſum, ubi metari oportet, contemplati, in eo primum capiunt & deſignant Prætori-

σκηνὴν, οὐ δεήσει δεῖναι κατὰ τὸν ἄρτι λόγον, καὶ παρὰ ποίαν ἐπιφάνειαν καὶ πλευρὰν τῆς περὶ τὴν σκηνὴν περιστάσεως παρεμβαλεῖν τὰ στρατόπεδα. Τούτων δὲ προκριθέντων, διαμετροῦνται τὴν περίστασιν τῆς σκηνῆς. Μετὰ δὲ ταῦτα τὴν εὐθεῖαν, ἐφ᾽ ἧς αἱ σκηναὶ τίθενται τῶν χιλιάρχων. Ἑξῆς δὲ τὴν ταύτης παράλληλον, ἀφ᾽ ἧς ἄρχεται τὰ στρατόπεδα πορεμβάλλειν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἐπὶ θάτερα μέρη ταῖς τῆς σκηνῆς καταμετρήσαντο γραμμαῖς, περὶ ὧν ὑπεδείξαμεν ἄρτι διὰ πλειόνων κατὰ μέρος· Γενομένων δὲ τούτων ἐν βραχεῖ χρόνῳ, διὰ τὸ ῥᾳδίαν εἶναι τὴν καταμέτρησιν, ὡς ἁπάντων ὡρισμένων καὶ συνηθῶν ὄντων διαστημάτων. Μετὰ δὲ ταῦτα σημαίαν ἔπηξαν, μίαν μὲν

rium, prout ante diximus, & ad quem aſpectum latusve ſpatii Prætorium ambientis legiones ſint locandæ, eas ſtatuunt. Quæ ubi delecta ſunt loca, Prætorii ambitum dimetiuntur: deinde rectam illam lineam, ad quam Tribunorum tabernacula deſiguntur: mox aliam lineam rectam e regione prioris productam, unde incipit metatura legionum. Similiter & latera utrimque ad Prætorium dimetiuntur & deſcribunt lineis, de quibus jam ante prolixius diximus. His brevi tempore expeditis, quoniam facilis dimenſio, cum omnia intervalla ſint definita, & jam ante ex familiari uſu nota; mox vexillum de

μὲν καὶ πρώτην, ἐν ᾧ δεῖ τόπῳ τίθεσθαι τὴν τοῦ στρατηγοῦ σκηνήν, δευτέραν δὲ τὴν ἐπὶ τῆς προῃρεθείσης πλευρᾶς, τρίτην ἐπὶ μέσης τῆ γραμμῆς, ἐφ᾽ ἧς οἱ χιλίαρχοι σκηνοῦσι. Τετάρτην παρ᾽ ἣν τίθενται τὰ στρατόπεδα. Καὶ ταύτας μὲν ποιοῦσι φοινικᾶς, τὴν δὲ τοῦ στρατηγοῦ λευκήν. Τὰ δ᾽ ἐπὶ θάτερα, ποτὲ μὲν ψιλὰ δόρατα πηγνύουσι, ποτὲ δὲ σημαίας ἐκ τῶν ἄλλων χρωμάτων.

defigunt, unum quidem & primum eo loco, ubi Prætorium eſt ponendum; alterum in electo latere: tertium in medio ejus lineæ, ad quam Tribuni tendunt: quartum, ubi legiones locantur. Et hæc quidem punicea ſtatuunt; at Imperatoris eſt album. In iis, quæ ſunt ad latera Prætorii, modo nudas haſtas defigunt, modo vexilla ex aliis coloribus.

Commentatio.

PRæcedunt Tribunus & Centuriones) ex qualibet legione unus, & ſic duo Tribuni, ut ſupra dictum in adminiſtratione caſtrenſi.

Illi Centuriones, quos moris eſt ad eam rem eligere) J. Cæſar L. II. c. 17. B. G. *Cæſar, his rebus cognitis, exploratores Centurionesque præmittit, qui locum caſtris idoneum deligant.* Centuriones enim Geometriæ erant periti, quibus hoc munus publice demandatum, ut præcedentes locum caſtrum idoneum eligerent, tabernacula deſignarent & metarentur, quos ab hoc officio Vegetius appellat *Metatores.* Noſtrates *Ingenieurs*, *Ingenieur-Lieu-*

Lieutenant, Ingenieur-Hauptmann. Optatus Milevitanus Lib. III. *Cum ante venturos milites metatores, ut fieri ſolet, mitterentur.*

Vexillum defigunt) Græce σημαίαν: ita vertendum erat, quia vela quædam & panniculos parvos fuiſſe diverſicolores ad indicium, ex Polybio cognoſcimus. In militum tamen metaturis erant tantummodo Haſtæ.

Polyb. §. 6.

ΓΕνομένων δὲ τούτων, ἑξῆς τὰς ῥύμας διεμέτρησαν, καὶ δόρατα κατέπηξαν ἐφ᾽ ἑκάστης ῥύμης, ἐξ ὧν εἰκότως, ὅταν ἐγγίσῃ τὰ στρατόπεδα κατὰ τὰς πορείας, καὶ γίνετ᾽ εὐσύνοπτος ὁ τόπος τῆς παρεμβολῆς, εὐθέως ἅπαντα γίνεται πᾶσι γνώριμα, τεκμαιρομένοις καὶ συλλογιζομένοις ἀπὸ τῆς τοῦ στρατηγοῦ σημαίας. λοιπὸν ἑκάστου σαφῶς γινώσκοντος ἐν ποίᾳ ῥύμῃ, καὶ ποίῳ τόπῳ τῆς ῥύμης σκηνοῖ, (διὰ τὸ πάντας ἀεὶ τὸν αὐτὸν τόπον ἐπέχειν τῆς στρατοπεδείας,) γίνε-

Verſio Latina.

QUo facto, ſtrigas ſtatim dimetiuntur, & in ſingulis earum haſtas figunt. Ex quibus merito, ſimulac appropinquarunt legiones, & locus caſtrorum poteſt conſpici, omnia confeſtim omnibus ſint nota vexillo Imperatoris pro indicio utentibus ad cetera conjicienda. Ceterum cum quisque optime ſciat, in qua ſtriga & qua ſtrigæ parte tendat, (quia ſemper eundem ſinguli locum in caſtris occu-

νεταί τι παραπλήσιον ἴδιον, ὅταν εἰς πόλιν εἰσίῃ στρατόπεδον ἐγχώριον. Καὶ γὰρ ἐκεῖ διακλίναντες ἀπὸ τῶν πυλῶν, εὐθέως ἕκαστοι προάγουσι, καὶ παραγίνονται πρὸς τὰς ἰδίας οἰκήσεις ἀδιαπλώτως, διὰ τὸ καθόλου καὶ κατὰ μέρος γινώσκειν, ποῦ τῆς πόλεώς ἐστιν αὐτοῖς ἡ κατάλυσις. Τὸ δὲ παραπλήσιον τούτοις καὶ περὶ τὰς Ρωμαϊκὰς συμβαίνει στρατοπεδείας. Ἡ καὶ δοκοῦσι Ρωμαῖοι καταδιώκοντες τὴν ἐν τούτοις εὐχέρειαν, τὴν ἐναντίαν ὁδὸν πορεύεσθαι τοῖς Ἕλλησι κατὰ τοῦτο τὸ μέρος.

cupant) ſimile, quid evenit, ut cum urbem notam & ſuam aliquis exercitus indigena ingreditur. Tum enim recta a portis declinantes, ſinguli procedunt, & ad ſuas ædes perveniunt ſine errore; quia & in univerſum & per partes norunt, in qua regione proprium cujusque ſit diverſorium. Simile, inquam, his eſt, quod in Romanorum caſtrametatione uſu venit. Ac Romani, facilitatem hanc ſpectantes, videntur contrariam Græcis hac in parte viam inſtitiſſe.

Commentatio.

UT *cum notam & ſuam aliquis exercitus ingreditur*) hæc pulchra imago deſcribitur etiam ſic a Vegetio Lib. I. c. 21. *Si recte conſtituta ſunt caſtra, quaſi civitatem muratam videntur ſecum portare.* Xenophon ue-

ma-

magnum in Cyri caſtris laudat Lib. VIII. Pædag. Ὅτι εἶχον καὶ σημεῖα πάντες οἱ ἄρχοντες ἐπὶ ταῖς σκηναῖς, καὶ οἱ ὑπηρέται, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν οἱ σώφρονες ἴσασι μὲν καὶ τῶν πλείστων τὰς οἰκήσεις, μάλιστα δὲ τῶν ἐπικαιρίων· οὕτω καὶ τῶν ἐν τοῖς στρατοπέδοις τάς τε χώρας τὰς τῶν ἡγεμόνων ἠπίσταντο οἱ Κύρου ὑπηρέται, καὶ τὰ σημεῖα ἐγίνωσκον, ἃ ἑκάστοις ἦν, ὥστε ὅτου δέοιτο, Κῦρος, οὐκ ἐζήτουν, ἀλλὰ τὴν συντομαυτάτην ἐφ' ἕκαστον ἔθεον: *quod omnes Duces in ſuis tabernaculis certa ſigna habebant, & quemadmodum in oppidis prudentes ſervi plurimorum civium domicilia norunt, eorum maxime, qui ſunt ad res idonei gerendas: ita & in Cyri caſtris ejus miniſtri & ſigna Ducum noverant & perpetuas eorum ſedes, ita ut ſi Cyrus alicujus opera egeret, non illum quærerent, ſed recta ad unum quemque currerent.* Sed Cyri caſtris longe præſtant hæc Romanorum, in quibus non Duces ſolum noti ſunt & nobiles, & perpetuæ eorum ſedes; ſed ſinguli propemodum milites, in qua claſſe aut manipulo quisque eſſet. Comparatio igitur Polybii eſt veriſſima. Sunt hic portæ, ſunt directæ viæ, eſt forum, ſunt omnia dimenſa & diſpoſita, ut in bene ordinata civitate fieri ſolet.

Polyb. §. 7.

Οἱ μὲν γὰρ Ἕλληνες ἐν τῷ στρατοπεδεύειν ἡγοῦνται κυριώτατον, τὸ κατακολουθεῖν ταῖς ἐξ αὐτῶν τῶν τόπων ὀχυρότησιν, ἅμα μὲν ἐκκλίνοντες τὴν περὶ τὰς ταφρείας ταλαιπωρίαν, ἅμα δὲ νομίζοντες, οὐχ

Verſio Latina.

GRæci enim quoties metantur caſtra, præcipuum ducunt, ſequi loca a natura munita, ſimul cenſentes, non æquipa[illegible]ndas eſſe munitiones manu factas iis, q[illegible]s ipſe locorum ſitus

οὐχ ὁμοίας εἶναι τὰς χειροποιήτους ἀσφαλείας ταῖς ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως ἐπὶ τῶν τόπων ὑπαρχούσαις ἀχυρότησιν. Διὸ καὶ κατά τε τὴν τῆς ὅλης παρεμβολῆς θέσιν πᾶν ἀναγκάζονται σχῆμα μεταλαμβάνειν, ἑπόμενοι τοῖς τόποις, τά τε μέρη μετατάττειν ἄλλοτε πρὸς ἀλλήλους τόπους. Ἐξ ὧν ἀνάστατον ὑπάρχειν συμβαίνει καὶ τὸν κατ᾽ ἰδίαν, καὶ τὸν κατὰ μέρος ἑκάστῳ τόπον τῆς στρατοπεδείας. Ῥωμαῖοι δὲ τὴν περὶ τὰς τάφρους ταλαιπωρίαν, καὶ τἄλλα τὰ παρεπόμενα τούτοις ὑπομένειν αἱροῦνται χάριν τῆς εὐχερείας, καὶ τοῦ γνώριμον καὶ μίαν ἔχειν καὶ τὴν αὐτὴν ἀεὶ παρεμβολήν. Τὰ μὲν οὖν ὁλοσχερέστερα μέρη τῆς περὶ τὰ στρατόπεδα θεωρίας, καὶ μάλιστα περὶ τὰς παρεμβολάς, ταῦτ᾽ ἐστίν.

ſitus & natura exhibet, Propterea cum in univerſorum caſtrorum poſitione coguntur quamlibet figuram aſſumere, locis obſequentes; tum partes quoque ipſas commutare aliter atque aliter pro ſitu. Unde evenit, ut in metandis caſtris nemo certus ſit de loco aut ſuo privatim aut ordinis ſui. Romani autem & ducendæ foſſæ laborem & alias id genus vexationes ſuſtinent, facilitatis cauſa, & ut nota atque unica eademque ſemper caſtrametatione utantur. Quod igitur ad tractationem de legionibus Romanis attinet, maxime autem ad rationem ponendorum caſtrorum ſummatim hæc dicta ſunto.

CAP.

CAP. V.

De Diſpoſitione Aciei & commun. ordine, tum de viis & intervallis, ut & de iis rebus, quibus miles ad dimicandum accenditur.

§.

VBi his ordinibus exercitus inſtructus eſſet Haſtati omnium primi pugnam inibant. Si Haſtati profligare hoſtem non poſſent, pede preſſo eos retrocedentes in intervalla ordinum Principes recipiebant. Tum Principum pugna erat. Haſtati ſequebantur. Triarii ſub vexillis conſidebant ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, haſtas ſub erecta cuſpide in terra fixas, haud ſecus quam vallo ſepta inhorreret acies, tenentes. Si apud Principes quoque haud ſatis proſpere pugnatum eſſet, a prima acie ad Triarios ſenſim referebantur. Inde rem ad Triarios rediiſſe, cum laboratur, proverbio increbuit. Triarii conſurgentes, ubi in intervallo ordinum ſuorum Principes & Haſtatos recepiſſent, ex templo compreſſis ordinibus velut claudebant vias, unoque continenti agmine, jam nulla ſpe poſt relicta, in hoſtem incedebant. Id erat for-

midoloſiſſimum hoſti, cum velut victos inſecuti, no m repente aciem exſurgentem, auctam numero cernebant.

Commentatio.

HÆc verba extant Lib. VIII. Livii, qui vicariam hic operam pr lare jubetur Polybio, in hac tractatione Diſpoſitionem Aciei ſicco pede transeunti, etſi alibi hanc rem leviter tangat.

Haſtati omnium primi pugnam inibant) non univerſe verum eſt; ſed ex ſtataria & gravi acie duntaxat Haſtati primi omnium pugnam iniere. Nam Velites aut leves milites certe ante eos pugnare ſoliti ſunt; & ſic per gradus virium pugna procedebat. Ab infirmioribus paulatim ad magis firmos firmosque ventum. Nimirum Velites initium pugnæ faciebant, ſequebantur Haſtati, hos Principes, quos Triarii excipiebant. Hunc ordinem ſive diſpoſitionem exprimunt Appianus & Polybius in pugna cum Syphace & Asdrubale: πρῶτον (ſunt verba Polybii) μὲν τὰς τῶν Ἁστάτων σημαίας, ἐπὶ δὲ ταύτας τῶν πριγκίπων, τελευταίας δὲ τῶν Τριαρίων: *primum quidem Haſtatorum ſigna, poſt iſta Principum, extrema vero Triariorum;* atque addit, factum id a Scipione κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος: *juxta morem Romanorum.* Hic ordo perpetuus erat & inviolabilis veteribus in diſponenda acie obſervatur. Ubi aliter in Livio legimus, lectio eſt vel ſuſpecta vel falſa. Vegetius quidem etiam aliter ac priſci genera militum ordinat Lib. I. c. 20. *In prima acie, inquit, pugnantes Principes, in ſecunda Haſtati, in tertia Triarii vocabantur.* Sed ne hæc quenquam turbent, ſciendum, Vegetium deſcribere ritum, qui ſub Trajano aut Hadriano cœpi qui multa in militia immutarunt. Olim non erat ſic.

Eos

Eos retrocedentes in intervalla ordinum Principes recipiebant) Haſtati, ut modo diximus, primi e gravi armatura pugnabant; qui ſi pellerentur, aut non pellerent hoſtem, retrocedebant in intervalla ordinum, & Principes excipiebant. In hac re ars omnis & arcanum, ut ſic dicam, militiæ Romanæ: habere vias inter manipulos, claudere & aperire eas, prout viſum. Huic invento, ni fallor, omnes eorum victorias liceat fere tribuere. Appellat hic intervalla ordinum; alias, Vias, ut: *Vias patentes inter manipulos anteſignanorum.* In hoc ipſo textu, quem libamus: veluti claudebant vias. Græci *διαχώρεις* vocant. Suidas: *διαχώρεις, τὰ διαςήματα τῶν λόχων.* Hæc intervalla duplicia fuerunt, inter Genera & inter Manipulos. Inter Genera transverſa erant, poſt unumquodque militum corpus, ut poſt Haſtatos, ſpatio relicto, Principes ſequebantur. Iterum ſpatio poſt illos, Triarii. Ergo transverſa illa intervalla duntaxat bina. Alia inter Manipulos, directa ſpatia aut viæ, & quæ in uno ipſo Genere Manipulum a Manipulo diſcernebant. Hæc in denis Manipulis neceſſario novem erant. Quanta autem ſingula fuerint, nullibi legimus; ſed credo, pro loci ſpatio, pro copiarum numero & ducis arbitrio variaſſe. Tamen illa intervalla transverſa fuiſſe grandiuſcula, hariolamur ex Polybio notante, Hannibalem in pugna Africana tertiam Aciem (ita diviſerat Romano exemplo) plus ſtadio a ſecunda removiſſe. Etſi hoc de Romanis non conſtet, tamen veriſimile eſt, eos aciem eodem diſpoſuiſſe modo, quo uſi ſunt in caſtris ponendis. Ibi ergo prima via transverſa Quintana, quinquaginta pedum eſt: altera Principalis ſive Principiorum, pedum centum. Vix dubium, quin tale in acie obſervatum fuerit, & Principes ab Haſtatis quinquaginta circiter pedes remoti, Triarii ab illis centum. Nam hic Prætor erat, & Signa, & Principiorum ipſa forma: opus igitur erat intervallo ſatis capaci ad procedendum aut recedendum, ne agmina miſcerentur.

In directis autem viis alia obtinuit ratio. Si Velites, ut ſæpe fiebat, interjecti ſunt, latiuſculas fuiſſe oportuit, pedum nimirum XX. aut XXX. ſi non, fuerint ſane pedum X. Id quoque pro numero legionum aliter; & ubi hæ multæ; ac quod ſequitur, manipuli, ſpatia non potuere eſſe magna; imo fortaſſe Cæſaris & inferiorum ævo, cum jam non binæ, ſed quaternæ, octavæ, denæ legiones pugnarent, diviſio & intervalla facta non per manipulos, ſed per cohortes.

Uſus autem iſtarum Viarum magnus, & quem Livius hic proponit. In pugna, etſi diviſi ordinibus, tamen unum omnes corpus ſtatim fiebant, cum opus; & per vias iſtas jungebant ſe, disjungebantque. Hac ita exempli gratia factum. Haſtati urgentur ab hoſte, imperator vult Principes ſuccedere, & eos recipere, ſtatim id fiebat, beneficio viarum. Recedebant enim Manipuli Haſtatorum ſinguli, & averſi leviter vias Principum ingrediebantur, quas ii laxabant, & ipſi quoque leviter procedebant. Tum aut retinebant apud ſe Haſtatos, duplicato Agmine; aut plane feſſos retro ſe locabant in grandiore intervallo, ordinibus ſemper (longus uſus id faciebat) ſervatis. Idem in Triariis, ſi Principes minus feliciter pugnantes reciperent. Singula Genera vias ſuas dimenſas habuere; ſed non per alia genera penetrantes. Manipuli Principum claudebant a tergo Viam Haſtatorum, & liberum per eam proſpectum aut excurſum habebant: itemque Triarii per iſtorum. In quincuncem igitur diſpoſitio iſta manipulorum fuit, vide Fig.

Hæc obſervatio debetur Lipſio, quæ mihi per omnia probatur, niſi de eo dubitem, an illa intervalla ſive Viæ directæ, quæ Manipulos ſecernebant, & quas contendit fuiſſe XX. vel XXX. pedum, ſat amplæ fuerint recipiendis manipulis iis, qui ab hoſte urgebantur. Sane unus manipulus, ut ſupra vidimus, centum amplius con-

ti-

tinuit milites, & ſi cuique ſpatiolum duorum tantum pedum demus, illud intervallum XX vel XXX. pedum videtur multo anguſtius, quam quod recipiendo uni manipulo ſufficiat.

Ceterum Polybius hunc ordinem in quincuncem diſpoſitum & in Romana militia tum temporis uſitatum, commemorat in pugna Africana: Ὁ μὲν Πόπλιος ἔθηκε τὰς τάξεις τῶν ἰδίων δυνάμεων τρόπον τοῦτον· Πρῶτον μὲν τοὺς Ἁστάτους καὶ τὰς τούτων σημαίας ἐν διαστήμασιν· Ἐπὶ δὲ τούτοις τοὺς πρίγκιπας, τιθεὶς τὰς σπείρας οὐ κατὰ τὸ μὲν πρώτων σημαιῶν διάστημα, καθάπερ ἔθος ἐστὶ τοῖς Ῥωμαίοις, ἀλλὰ κατ' ἄλλας ἐν ἀποστάσει, διὰ τὸ πλῆθος τῶν καρὰ τοῖς ἐναντίοις ἐλεφάντων· *Publius ordines copiarum ſuarum ſic inſtruxit. Primum Haſtatos eorumque manipulos per intervalla; poſt illos, Principes, ſtatuens manipulos non ad priorum manipulorum intervallum, (uti mos eſt Romanis) ſed alios poſt alios recto abſceſſu idque ob multitudinem hoſtilium elephantum.* Publius, inquit, in hac pugna non ſervavit communem receptumque Romanis morem in manipulis collocandis. Neque enim manipulos ad intervalla & vias oppoſuit, ſed ipſos ſibi a tergo adnexuit, ut viæ directæ per omnia Genera ſine obſtaculo penetrarent. Quia hoſtium elephanti timebantur, viſum pro bono, locum iis dari per medias acies, & ſine confuſione manipulorum agi ad extrema. Si enim manipuli recepto more diſpoſiti fuiſſent, neceſſario incurriſſent elephanti in Principes objectos. Igitur in vulgari diſpotione cohortes non ſteterant rectæ, nec ſigna ſignis reſponderant, quod facile apparet,

ſi tres quosque manipulos jungis,  & ex illis cohortem efficis. At erant rectæ in hac Publii 

Ha-

Haſtati ſequebantur) Dixeris igitur a tergo poſitos Haſtatos, ſolis Principibus jam pugnantibus ſed ſæpe aliter factum, & junctim quoque pugnaſſe opinor.

Triarii ſub vexillis conſidebant) A qua ſeſſione Ἐφεδροὶ Triarii dicuntur: & Varro, quod Triarii ſubſideant, ab eo ſubſidium vult dictum. Plautus eo reſpicit; *Agite ſubſidite omnes, quaſi ſolent Triarii.* Cauſa hujus ſubſeſſionis in Vegetio L. I. c. 20. *Triarii,* inquit, *genibus poſitis ſolebant intra ſcuta ſubſidere, ne ſtantes venientibus telis vulnerarentur.*

Scuta innixa humeris) Triarii porrigebant & attollebant leviter ſiniſtrum genu, eoque attollebatur etiam ſcutum. Hinc eorum ſubſidentium ſcuta in humerum inclinabant.

Compreſſis ordinibus velut claudebant vias) Claudebant ordines in ipſa pugna ad vim & impetum majorem: iidem aperiebant eos ad receptum ſuorum. Sed cur Triarii hic collocantur in acie, cum alias de more veteri, cuſtodia caſtrorum iis demandaretur. Dionyſius Lib. VIII. illud aſſerit: Οἱ τριάριοί εἰσιν οἱ πρεσβύτατοι τῶν στρατευομένων, οἷς τὰ στρατόπεδα ἐπιτρέπουσι φυλάττειν, ὅταν ἐξίωσιν εἰς τὴν μάχην, καὶ ἐφ᾽ οὓς τελευταίους καταφεύγουσι διὰ τὴν ἀνάγκην: *Triarii ſunt vetuſtiſſimi militum, quibus caſtra ſolent commendare cuſtodienda, cum in aciem exeunt, & ad quos poſtremos confugiunt urgente neceſſitate.* Ex Dionyſio igitur ſenſeris, Triarios ſervatos in caſtris ad extremum periculum, nec niſi in magna neceſſitate ad aciem eductos eſſe. Jam agendum eſt de loco, qui cuique militum Generi in Acie adſignabatur.

§. 8.

VElitum genus duplex fuit & vetus & novum. *Novi Velites,* quorum uſus Polybii

bii ævo in bello fuit, in prima acie aut viarum intervallis collocabantur; ſed *Velites veteres*, de quibus hic loquimur, in extrema acie poſt Triarios pugnabant. Haſtati ergo pugnam orſi ſunt; Principes ſequebantur; tum Rorarii procurrebant inter antepilanos (ita Livius) & addebant vires Haſtatis & Principibus. Procurrebant, inquam, per vias illas & intervalla. De Accenſis, addit, defeſſis jam aliis, ab noviſſima acie procedere ante ſigna juſſos: quod neceſſe erat; pugnabant enim fundis, jaculis, telis', quæ eminus mitterentur. Et Dionyſius tradit Lib. IV. hunc ordinem a Servio inſtitutum. Nam de prima Claſſe cum cenſum & arma edidiſſet, ſubjunxit. Χώραν δὲ κατεῖχεν ἐν τοῖς πολέμοις τὴν προαγωνιζομένην τῆς φάλαγγος ὅλης: *locum vero in bellis habuit primum, & ante reliquam totam copiam.* Iterum de Secunda: ἐκοσμεῖτο ἐν τοῖς ἀγῶσι μετὰ τοὺς προμάχους: *Ordinabatur in acie poſt primos pugnatores.* De Tertia pariter: Χώρα καὶ στάσις τούτων ἐν ταῖς μάχαις μετὰ τοὺς ἐφεστῶτας τοῖς προμάχοις: *locus horum & ſtatio in pugnis juxta eos, qui poſt Principes.* De quarta denique, στάσιν ἔχει ἐν τοῖς ἀγῶσι τὴν ὑστάτην: *locum in certaminibus ultimum habet.* Quid ergo Quinta Dionyſii? τούτους, inquit, ἔξω τάξεως ἔταξε στρατεύεσθαι: *hos extra ordinem juſſit militare.* Ergo Servii inſtituto, ditiſſimi quique in prima acie; ſequebantur ordine opum alii, & in extremo denique ii vilio-

liores & pauperes, & qui levibus telis pugnabant. Sed qui fuerant illi extra ordinem, Quintani? Accenſi ex Livio, & qui juſtus etiam miles non erat. Olim ſic. Poſtea cum optimos ditiſſimosque noluiſſent, maximo exponere periculo, in prima acie objectos velites a Triariis removerunt, eosque interdum ante omnia ſigna & in fronte collocarunt, ut pugna Manlii in Gallogræcos, apud Liv. Lib. XXXIIX. *Ante ſigna modico intervallo Velites erant.* Interdum miſcebantur manipulis, aut potius ſparſi ſunt per vias ſupra dictas, ut iterum Livius Lib. XXX. in pugna Africana: *Vias patentes inter manipulos Anteſignanorum Velitibus complet.* Denique non in Viis ſparſi, ſed in cornibus poſiti junctim; ut pugna Cannenſi Appianus: μέρος ἕκαστον αὐτῶν εἶχε τοὺς πεζοὺς ἐν μέσῳ, τοὺς δὲ ψιλοὺς καὶ ἱππέας ἑκατέρωθεν: *Quæque pars habebat pedites (graviores) in medio, Leves & Equites utrimque in cornibus.* Hanc diſpoſitionem ut ſolennem Vegetius recipit. Funditores, inquit, & Sagittarii præcipue in cornibus locabantur, a quibus pugnandi ſumebatur exordium.

§. 3.

EQues dupliciter locatus reperitur. Primo in cornibus, ita ut legiones ſociosque haberet medios. Quæ ordinaria erat poſi-

ſitio, & exempla adduci neceſſe non eſt. Altera locatio erat, ut a tergo interdum ponerent eum, ſpatiis relictis, inter manipulos aut legiones, qua poſſent cum impetu emitti. Id fiebat fallendo hoſti. Livius Lib. X. *Dictator reliquerat intervalla inter ordines peditum, qua ſatis laxo ſpatio equi emitti poſſent.* Idem Lib. XXIX. *Hiſpani inter cornua & mediam aciem intervalla patentia ſatis late fecerunt, qua equitatum, ubi tempus eſſet, emitterent.* Et Romani more ſuo exercitum cum inſtruxiſſent, id modo hoſtium imitati ſunt, ut inter legiones & ipſi patentes equiti relinquerent vias.

§. 4.

SOcii ſtetere plerumque in cornibus & ad latera legionum, ipſi diviſi in cohortes, fortaſſe & Manipulos, ut Legiones: Livius Lib. XXXVIII. *Romani mediam aciem, Latini cornua tenuerunt.* Atque hinc eſt, quod ipſas Alas ſive agmina Sociorum Cornua appellata Polybius ſcribit. Sed quid? cum nulla media acies, & duo tantum Cornua fuerunt? tum exteriores cujusque cornu partes Socii tenebant. Atque hoc fiebat plurimum. Alias etiam in fronte aut aliter ſocios collocatos legimus, pro ratione loci & uſus. Livius Lib. XXXI. *Dextra Ala in prima acie locata eſt, in ſubſidiis duæ legiones. Idem de Equitibus.*

§. 5.

νεταί τι παραπλήσιον ἴδιον, ὅταν εἰς πόλιν εἰσίῃ στρατόπεδον ἐγχώριον. Καὶ γὰρ ἐκεῖ διακλίναντες ἀπὸ τῶν πυλῶν, εὐθέως ἕκαστοι προάγουσι, καὶ παραγίνονται πρὸς τὰς ἰδίας οἰκήσεις ἀδιαπλώτως, διὰ τὸ καθόλου καὶ κατὰ μέρος γινώσκειν, ποῦ τῆς πόλεώς ἐστιν αὐτοῖς ἡ κατάλυσις. Τὸ δὲ παραπλήσιον τούτοις καὶ περὶ τὰς Ῥωμαϊκὰς συμβαίνει στρατοπεδείας. Ἧ καὶ δοκοῦσι Ῥωμαῖοι καταδιώκοντες τὴν ἐν τούτοις εὐχέρειαν, τὴν ἐναντίαν ὁδὸν πορεύεσθαι τοῖς Ἕλλησι κατὰ τοῦτο τὸ μέρος.

cupant) ſimile, quid evenit, ut cum urbem notam & ſuam aliquis exercitus indigena ingreditur. Tum enim recta a portis declinantes, ſinguli procedunt, & ad ſuas ædes perveniunt ſine errore; quia & in univerſum & per partes norunt, in qua regione proprium cujusque ſit diverſorium. Simile, inquam, his eſt, quod in Romanorum caſtrametatione uſu venit. Ac Romani, facilitatem hanc ſpectantes, videntur contrariam Græcis hac in parte viam inſtitiſſe.

Commentatio.

UT *cum notam & ſuam aliquis exercitus ingreditur*) hæc pulchra imago deſcribitur etiam ſic a Vegetio Lib. I. c. 21. *Si recte conſtituta ſunt caſtra, quaſi civitatem muratam videntur ſecum portare.* Xenophon ut ma-

magnum in Cyri caſtris laudat Lib. VIII. Pædag. Ὅτι εἶχον καὶ σημεῖα πάντες οἱ ἄρχοντες ἐπὶ ταῖς σκηναῖς, καὶ οἱ ὑπηρέται, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν οἱ σώφρονες ἴσασι μὲν καὶ τῶν πλείστων τὰς οἰκήσεις, μάλιστα δὲ τῶν ἐπικαιρίων· οὕτω καὶ τῶν ἐν τοῖς στρατοπέδοις τάς τε χώρας τὰς τῶν ἡγεμόνων ἠπίσταντο οἱ Κύρου ὑπηρέται, καὶ τὰ σημεῖα ἐγίνωσκον, ἃ ἑκάστοις ἦν, ὥστε ὅτου δέοιτο, Κῦρος, οὐκ ἐζήτουν, ἀλλὰ τὴν συντομωτάτην ἐφ' ἕκαστον ἔθεον: *quod omnes Duces in ſuis tabernaculis certa ſigna habebant, & quemadmodum in oppidis prudentes ſervi plurimorum civium domicilia norunt, eorum maxime, qui ſunt ad res idonei gerendas: ita & in Cyri caſtris ejus miniſtri & ſigna Ducum noverant & perpetuas eorum ſedes, ita ut ſi Cyrus alicujus opera egeret, non illum quærerent, ſed recta ad unum quemque currerent.* Sed Cyri caſtris longe præſtant hæc Romanorum, in quibus non Duces ſolum noti ſunt & nobiles, & perpetuæ eorum ſedes; ſed ſinguli propemodum milites, in qua claſſe aut manipulo quisque eſſet. Comparatio igitur Polybii eſt veriſſima. Sunt hic portæ, ſunt directæ viæ, eſt forum, ſunt omnia dimenſa & diſpoſita, ut in bene ordinata civitate fieri ſolet.

Polyb. §. 7.

Οἱ μὲν γὰρ Ἕλληνες ἐν τῷ στρατοπεδεύειν ἡγοῦνται κυριώτατον, τὸ κατακολουθεῖν ταῖς ἐξ αὐτῶν τῶν τόπων ὀχυρότησιν, ἅμα μὲν ἐκκλίνοντες τὴν περὶ τὰς ταφρείας ταλαιπωρίαν, ἅμα δὲ νομίζοντες,

Verſio Latina.

Græci enim quoties metantur caſtra, præcipuum ducunt, ſequi loca a natura munita, ſimul cenſentes, non æquiparandas eſſe munitiones manu factas iis, quas ipſe locorum

οὐχ ὁμοίας εἶναι τὰς χειροποιήτους ἀσφαλείας ταῖς ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως ἐπὶ τῶν τόπων ὑπαρχούσαις ἀχυρότησιν. Διὸ καὶ κατά τε τὴν τῆς ὅλης παρεμβολῆς θέσιν πᾶν ἀναγκάζονται σχῆμα μεταλαμβάνειν, ἑπόμενοι τοῖς τόποις, τά τε μέρη μεταλάττειν ἄλλοτε πρὸς ἄλλους τόπους. Ἐξ ὧν ἀνάστατον ὑπάρχειν συμβαίνει καὶ τὸν καθ' ἰδίαν, καὶ τὸν κατὰ μέρος ἑκάστῳ τόπον τῆς στρατοπεδείας. Ῥωμαῖοι δὲ τὴν περὶ τὰς τάφρους ταλαιπωρίαν, καὶ τἄλλα τὰ παρεπόμενα τούτοις ὑπομένειν αἱροῦνται χάριν τῆς εὐχερείας, καὶ τοῦ γνώριμον καὶ μίαν ἔχειν καὶ τὴν αὐτὴν ἀεὶ παρεμβολήν. τὰ μὲν οὖν ὁλοσχερέστερα μέρη τῆς περὶ τὰ στρατόπεδα θεωρίας, καὶ μάλιστα περὶ τὰς παρεμβολάς, ταῦτ' ἐστίν.

ſitus & natura exhibet, Propterea cum in univerſorum caſtrorum poſitione coguntur quamlibet figuram aſſumere, locis obſequentes; tum partes quoque ipſas commutare aliter atque aliter pro ſitu. Unde evenit, ut in metandis caſtris nemo certus ſit de loco aut ſuo privatim aut ordinis ſui. Romani autem & ducendæ foſſæ laborem & alias id genus vexationes ſuſtinent, facilitatis cauſa, & ut nota atque unica eademque ſemper caſtrametatione utantur. Quod igitur ad tractationem de legionibus Romanis attinet, maxime autem ad rationem ponendorum, caſtrorum ſummatim hæc dicta ſunto,

CAP.

CAP [illegible]

De Diſpoſitione Aciei & commun. ordine, tum de viis & intervallis, ut & de iis rebus, quibus miles ad dimicandu[illegible] accenditur.

§.

VBi his ordinibus [illegible]rcitus inſtructus eſſet Haſtati omnium primi pugnam inibant. Si Haſtati profligare hoſtem non poſſent, pede preſſo eos retrocedentes in intervalla ordinum Principes recipiebant. Tum Principum pugna erat. Haſtati ſequebantur. Triarii ſub vexillis conſidebant ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, haſtas ſub erecta cuſpide in terra fixas, haud ſecus quam vallo ſepta inhorreret acies, tenentes. Si apud Principes quoque haud ſatis proſpere pugnatum eſſet, a prima acie ad Triarios ſenſim referebantur. Inde rem ad Triarios rediiſſe, cum laboratur, proverbio increbuit. Triarii conſurgentes, ubi in intervallo ordinum ſuorum Principes & Haſtatos recepiſſent, ex templo compreſſis ordinibus velut claudebant vias, unoque continenti agmine, jam nulla ſpe poſt relicta, in hoſtem incedebant. Id erat formi-

midoloſiſſimun hoſti, cum velut victos inſecuti, no m repente aciem exſurgentem, auctam num o cernebant.

Commentatio.

HÆc verba extant Lib. VIII. Livii, qui vicariam hic operam pr lare jubetur Polybio, in hac tractatione Diſpoſitionen Aciei ſicco pede transeunti, etſi alibi hanc rem leviter tangat.

Haſtati omnium primi pugnam inibant) non univerſe verum eſt; ſed ex ſtataria & gravi acie duntaxat Haſtati primi omnium pugnam iniere. Nam Velites aut leves milites certe ante eos pugnare ſoliti ſunt; & ſic per gradus virium pugna procedebat. Ab infirmioribus paulatim ad magis firmos firmosque ventum. Nimirum Velites initium pugnæ faciebant, ſequebantur Haſtati, hos Principes, quos Triarii excipiebant, Hunc ordinem ſive diſpoſitionem exprimunt Appianus & Polybius in pugna cum Syphace & Asdrubale: πρῶτον (ſunt verba Polybii) μὲν τὰς τῶν Ἀστάτων σημαίας, ἐπὶ δὲ ταύτας τῶν πριγκίπων, τελευταίας δὲ τῶν Τριαρίων: *primum quidem Haſtatorum ſigna, poſt iſta Principum, extrema vero Triariorum;* atque addit, factum id a Scipione κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος: *juxta morem Romanorum.* Hic ordo perpetuus erat & inviolabilis veteribus in diſponenda acie obſervatur. Ubi aliter in Livio legimus, lectio eſt vel ſuſpecta vel falſa. Vegetius quidem etiam aliter ac priſci genera militum ordinat Lib. I. c. 20. *In prima acie, inquit, pugnantes Principes, in ſecunda Haſtati, in tertia Triarii vocabantur.* Sed ne hæc quenquam turbent, ſciendum, Vegetium deſcribere ritum, qui ſub Trajano aut Hadriano cœpit, qui multa in militia immutarunt. Olim non erat ſic.

Eos

Eos retrocedentes in intervalla ordinum Principes recipiebant) Haſtati, ut modo diximus, primi e gravi armatura pugnabant; qui ſi pellerentur, aut non pellerent hoſtem, retrocedebant in intervalla ordinum, & Principes excipiebant. In hac re ars omnis & arcanum, ut ſic dicam, militiæ Romanæ: habere vias inter manipulos, claudere & aperire eas, prout viſum. Huic invento, non fallor, omnes eorum victorias liceat fere tribuere. Appellat hic intervalla ordinum; alias, Vias, ut: *Vias patentes inter manipulos anteſignanorum.* In hoc ipſo textu, quem libamus: veluti claudebant vias. Græci διαχώϛεις vocant. Suidas: διαχώϛεις, τὰ διαϛήματα τῶν λόχων. Hæc intervalla duplicia fuerunt, inter Genera & inter Manipulos. Inter Genera tranſverſa erant, poſt unumquodque militum corpus, ut poſt Haſtatos, ſpatio relicto, Principes ſequebantur. Iterum ſpatio poſt illos, Triarii. Ergo tranſverſa illa intervalla duntaxat bina. Alia inter Manipulos, directa ſpatia aut viæ, & quæ in uno ipſo Genere Manipulum a Manipulo diſcernebant. Hæc in denis Manipulis neceſſario novem erant. Quanta autem ſingula fuerint, nullibi legimus; ſed credo, pro loci ſpatio, pro copiarum numero & ducis arbitrio variaſſe. Tamen illa intervalla tranſverſa fuiſſe grandiuſcula, hariolamur ex Polybio notante, Hannibalem in pugna Africana tertiam Aciem (ita diviſerat Romano exemplo) plus ſtadio a ſecunda removiſſe. Etſi hoc de Romanis non conſtet, tamen veriſimile eſt, eos aciem eodem diſpoſuiſſe modo, quo uſi ſunt in caſtris ponendis. Ibi ergo prima via tranſverſa Quintana, quinquaginta pedum eſt: altera Principalis ſive Principiorum, pedum centum. Vix dubium, quin tale in acie obſervatum fuerit, & Principes ab Haſtatis quinquaginta circiter pedes remoti, Triarii ab illis centum. Nam hic Prætor erat, & Signa, & Principiorum ipſa forma: opus igitur erat intervallo ſatis capaci ad procedendum aut recedendum, ne agmina miſcerentur.

In directis autem viis alia obtinuit ratio. Si Velites, ut ſæpe fiebat, interjecti ſunt, latiuſculas fuiſſe oportuit, pedum nimirum XX. aut XXX. ſi non, fuerint ſane pedum X. Id quoque pro numero legionum aliter; & ubi hæ multæ; ac quod ſequitur, manipuli, ſpatia non potuere eſſe magna: imo fortaſſe Cæſaris & inferiorum ævo, cum jam non binæ, ſed quaternæ, octavæ, denæ legiones pugnarent, diviſio & intervalla facta non per manipulos, ſed per cohortes.

Uſus autem iſtarum Viarum magnus, & quem Livius hic proponit. In pugna, etſi diviſi ordinibus, tamen unum omnes corpus ſtatim fiebant, cum opus; & per vias iſtas jungebant ſe, disjungebantque. Hac ita exempli gratia factum. Haſtati urgentur ab hoſte, imperator vult Principes ſuccedere, & eos recipere, ſtatim id fiebat, beneficio viarum. Recedebant enim Manipuli Haſtatorum ſinguli, & averſi leviter vias Principum ingrediebantur, quas ii laxabant, & ipſi quoque leviter procedebant. Tum aut retinebant apud ſe Haſtatos, duplicato Agmine; aut plane feſſos retro ſe locabant in grandiore intervallo, ordinibus ſemper (longus uſus id faciebat) ſervatis. Idem in Triariis, ſi Principes minus feliciter pugnantes reciperent. Singula Genera vias ſuas dimenſas habuere; ſed non per alia genera penetrantes. Manipuli Principum claudebant a tergo Viam Haſtatorum, & liberum per eam proſpectum aut excurſum habebant: itemque Triarii per iſtorum. In quincuncem igitur diſpoſitio iſta manipulorum fuit, vide Fig.

Hæc obſervatio debetur Lipſio, quæ mihi per omnia probatur, niſi de eo dubitem, an illa intervalla ſive Viæ directæ, quæ Manipulos ſecernebant, & quas contendit fuiſſe XX. vel XXX. pedum, ſat amplæ fuerint recipiendis manipulis iis, qui ab hoſte urgebantur. Sane unus manipulus, ut ſupra vidimus, centum amplius conti-

ti-

tinuit milites, & ſi cuique ſpatiolum duorum tantum pedum demus, illud intervallum XX vel XXX. pedum videtur multo anguſtius, quam quod recipiendo uni manipulo ſufficiit,

Ceterum Polybius hunc ordinem in quincuncem diſpoſitum & in Romana militia tum temporis uſitatum, commemorat in pugna Africana: Ὁ μὲν Πόπλιος ἔθηκε τὰς τάξεις τῶν ἰδίων δυνάμεων τρόπον τοῦτον· Πρῶτον μὲν τοὺς Ἀστάτους καὶ τὰς τούτων σημαίας ἐν διαστήμασιν· Ἐπὶ δὲ τούτοις τοὺς πρίγκιπας, τιθεὶς τὰς σπείρας οὐ κατὰ τὸ μὲν πρώτων σημαιῶν διάστημα, καθάπερ ἔθος ἐστὶ τοῖς Ῥωμαίοις, ἀλλὰ κατ' ἄλλας ἐν ἀποστάσει, διὰ τὸ πλῆθος τῶν κατὰ τοῖς ἐναντίοις ἐλεφάντων· *Publius ordines copiarum ſuarum ſic inſtruxit. Primum Haſtatos eorumque manipulos per intervalla; poſt illos, Principes, ſtatuens manipulos non ad priorum manipulorum intervallum, (uti mos eſt Romanis) ſed alios poſt alios recto abſceſſu idque ob multitudinem hoſtilium elephantum.* Publius, inquit, in hac pugna non ſervavit communem receptumque Romanis morem in manipulis collocandis. Neque enim manipulos ad intervalla & vias oppoſuit, ſed ipſos ſibi a tergo adnexuit, ut viæ directæ per omnia Genera ſine obſtaculo penetrarent. Quia hoſtium elephanti timebantur, viſum pro bono, locum iis dari per medias acies, & ſine confuſione manipulorum agi ad extrema. Si enim manipuli recepto more diſpoſiti fuiſſent, neceſſario incurriſſent elephanti in Principes objectos. Igitur in vulgari diſpotione cohortes non ſteterant rectæ, nec ſigna ſignis reſponderant, quod facile apparet,

ſi tres quosque manipulos jungis,  & ex illis cohortem efficis, At erant rectæ in hac Publii 

Ha-

Haſtati ſequebantur) Dixeris igitur a tergo poſitos Haſtatos, ſolis Principibus jam pugnantibus ſed ſæpe aliter factum, & junctim quoque pugnaſſe opinor.

Triarii ſub vexillis conſidebant) A qua ſeſſione Ἔφεδροι Triarii dicuntur: & Varro, quod Triarii ſubſideant, ab eo ſubſidium vult dictum. Plautus eo reſpicit; *Agite ſubſidite omnes, quaſi ſolent Triarii.* Cauſa hujus ſubſeſſionis in Vegetio L. I. c. 20. *Triarii*, inquit, *genibus poſitis ſolebant intra ſcuta ſubſidere, ne ſtantes venientibus telis vulnerarentur.*

Scuta innixa humeris) Triarii porrigebant & attollebant leviter ſiniſtrum genu, eoque attollebatur etiam ſcutum. Hinc eorum ſubſidentium ſcuta in humerum inclinabant.

Compreſſis ordinibus velut claudebant vias) Claudebant ordines in ipſa pugna ad vim & impetum majorem: iidem aperiebant eos ad receptum ſuorum. Sed cur Triarii hic collocantur in acie, cum alias de more veteri, cuſtodia caſtrorum iis demandaretur. Dionyſius Lib. VIII. illud aſſerit: Οἱ τριάριοί εἰσιν οἱ πρεσβύτατοι τῶν στρατευομένων, οἷς τὰ στρατόπεδα ἐπιτρέπουσι φυλάττειν, ὅταν ἐξίωσιν εἰς τὴν μάχην, καὶ ἐφ᾽ οὓς τελευταίους καταφεύγουσιν διὰ τὴν ἀνάγκην: *Triarii ſunt vetuſtiſſimi militum, quibus caſtra ſolent commendare cuſtodienda, cum in aciem exeunt, & ad quos poſtremos confugiunt urgente neceſſitate.* Ex Dionyſio igitur ſenſeris, Triarios ſervatos in caſtris ad extremum periculum, nec niſi in magna neceſſitate ad aciem eductos eſſe. Jam agendum eſt de loco, qui cuique militum Generi in Acie adſignabatur.

§. 8.

Velitum genus duplex fuit & vetus & novum. *Novi Velites*, quorum uſus Polybii

bii ævo in bello fuit, in prima acie aut viarum intervallis collocabantur; ſed *Velites veteres*, de quibus hic loquimur, in extrema acie poſt Triarios pugnabant. Haſtati ergo pugnam orſi ſunt; Principes ſequebantur; tum Rorarii procurrebant inter antepilanos (ita Livius) & addebant vires Haſtatis & Principibus. Procurrebant, inquam, per vias illas & intervalla. De Accenſis, addit, defeſſis jam aliis, ab noviſſima acie procedere ante ſigna juſſos: quod neceſſe erat; pugnabant enim fundis, jaculis, telis', quæ eminus mitterentur. Et Dionyſius tradit Lib. IV. hunc ordinem a Servio inſtitutum. Nam de prima Claſſe cum cenſum & arma ediḋiſſet, ſubjunxit. Χώραν δὲ κατεῖχεν ἐν τοῖς πολέμοις τὴν προαγωνιζομένην τῆς φάλαγγος ὅλης: *locum vero in bellis babuit primum, & ante reliquam totam copiam.* Iterum de Sec unda: ἐκοσμεῖτο ἐν τοῖς ἀγῶσι μετὰ τοὺς προμάχους: *Ordinabatur in acie poſt primos pugnatores.* De Tertia pariter: Χώρα καὶ στάσις τούτων ἐν ταῖς μάχαις μετὰ τοὺς ἐφεστῶτας τοῖς προμάχοις: *locus borum & ſtatio in pugnis juxta eos, qui poſt Principes.* De quarta denique, στάσιν ἔχει ἐν τοῖς ἀγῶσι τὴν ὑστάτην: *locum in certaminibus ultimum babet.* Quid ergo Quinta Dionyſii? τούτους, inquit, ἔξω τάξεως ἔταξε στρατεύεσθαι: *bos extra ordinem juſſit militare.* Ergo Servii inſtituto, ditiſſimi quique in prima acie; ſequebantur ordine opum alii, & in extremo denique ii vilio-

liores & pauperes, & qui levibus telis pugnabant. Sed qui fuerant illi extra ordinem, Quintani? Accenſi ex Livio, & qui juſtus etiam miles non erat. Olim ſic. Poſtea cum optimos ditiſſimosque noluiſſent, maximo exponere periculo, in prima acie objectos velites a Triariis removerunt, eosque interdum ante omnia ſigna & in fronte collocarunt, ut pugna Manlii in Gallogræcos, apud Liv. Lib. XXXIIX. *Ante ſigna modico intervallo Velites erant.* Interdum miſcebantur manipulis, aut potius ſparſi ſunt per vias ſupra dictas, ut iterum Livius Lib. XXX. in pugna Africana: *Vias patentes inter manipulos Anteſignanorum Velitibus complet.* Denique non in Viis ſparſi, ſed in cornibus poſiti junctim; ut pugna Cannenſi Appianus: μέρος ἕκαστον αὐτῶν εἶχε τοὺς πεζοὺς ἐν μέσῳ, τοὺς δὲ ψιλοὺς καὶ ἱππέας ἑκατέρωθεν: *Quæque pars habebat pedites (graviores) in medio, Leves & Equites utrimque in cornibus.* Hanc diſpoſitionem ut ſolennem Vegetius recipit. Funditores, inquit, & Sagittarii præcipue in cornibus locabantur, a quibus pugnandi ſumebatur exordium.

§. 3.

EQues dupliciter locatus reperitur. Primo in cornibus, ita ut legiones ſociosque haberet medios. Quæ ordinaria erat poſi-

ſitio, & exempla adduci neceſſe non eſt. Altera locatio erat, ut a tergo interdum ponerent eum, ſpatiis relictis, inter manipulos aut legiones, qua poſſent cum impetu emitti. Id fiebat fallendo hoſti. Livius Lib. X. *Dictator reliquerat intervalla inter ordines peditum, qua ſatis laxo ſpatio equi emitti poſſent.* Idem Lib. XXIX. *Hiſpani inter cornua & mediam aciem intervalla patentia ſatis late fecerunt, qua equitatum, ubi tempus eſſet, emitterent.* Et Romani more ſuo exercitum cum inſtruxiſſent, id modo hoſtium imitati ſunt, ut inter legiones & ipſi patentes equiti relinquerent vias.

§. 4.

SOcii ſtetere plerumque in cornibus & ad latera legionum, ipſi diviſi in cohortes, fortaſſe & Manipulos, ut Legiones: Livius Lib. XXXVIII. *Romani mediam aciem, Latini cornua tenuerunt.* Atque hinc eſt, quod ipſas Alas ſive agmina Sociorum Cornua appellata Polybius ſcribit. Sed quid? cum nulla media acies, & duo tantum Cornua fuerunt? tum exteriores cujusque cornu partes Socii tenebant. Atque hoc fiebat plurimum. Alias etiam in fronte aut aliter ſocios collocatos legimus, pro ratione loci & uſus. Livius Lib. XXXI. *Dextra Ala in prima acie locata eſt, in ſubſidiis duæ legiones. Idem de Equitibus.*

§. 5.

§. 5.

CUique Manipulo ſuum ſignum fuiſſe, Legioni autem communem Aquilam, jam ſupra Cap. III. oſtendimus. Hic quæritur de loco, ubi ſteterint. Manipulorum ſigna in ſuo quæque Manipulo fuiſſe, ratio & exempla dicunt. Livius Lib. XXXVII. *Haſtatorum prima ſigna, deinde Principum erant, Triarii poſtremos claudebant.* Itaque ut a timore profectum Cæſar notat Lib. II. cap. 25. B. G. *quod ſignis in unum locum collocatis, duodecimæ legionis milites confertos, ſibi ipſis ad pugnam eſſent impedimento.* Ergo ſparſa fuere Signa & diſpoſita. Sed quæritur, utrum in fronte manipuli, an ejus medio? De fronte loqui videtur Livius Lib. X. *Dictator ſigna efferri ac ſequi armatos jubet.* Cæſar in ipſa acie. *Signa inſerre & manipulos laxare juſſit.* Statius de nimia militum feſtinatione, ut ante irent, ita dicit:

— — retro vexilla, tubæque
Poſt tergum & litui bellum invenere ſecuti.

Ex his intelligimus, Signa in fronte locata, & ex Statio ſimul elicimus, tubas lituosque inter primos fuiſſe. Atque hoc in agmine & itinere ſic fuiſſe, nihil ambigam, nonnihil in acie. Ubi ſine dubio vallum aliquod virorum

rum objectum, ne ſic nuda & hoſti expoſita eſſent. Atque ii ſunt, quos Anteſignanos appellarunt. Quæ vox tamen plerumque de toto agmine primo invaluit, & ipſi Haſtati videntur ſic dicti; non quia ante omnia ſigna (ſua enim habebant) ſed quia ante præcipua eſſent, Aquilam & Triariorum, quæ legionis & cohortium prima erant. Hos Græci πρεμάχες τῶν σημείων vertunt, Propugnatores ſignorum, & προτάκλες, Præpoſitos, a loco. Livius Lib. XXII. de iis: *Pugna orta eſt, non illa ordinata per Haſtatos, Principesque & Triarios; nec ut pro ſignis Anteſignanus, poſt ſigna alia pugnaret acies.* Ex quo loco dixeris, ſigna præcipua & plurima in ſecunda acie ſtetiſſe, adeoque Anteſignanos, ſubſignanos & Poſtſignanos fuiſſe. Ergo hoc ſenſu Anteſignani ſunt Haſtati, Principes Subſignani & Triarii Poſtſignani; quare autem Triarii vocentur aut vocari debeant Poſtſignani, cum & illis ſua ſint, non ſatis liquet, niſi dixeris, in acie ea in unam Principum partem eſſe translata.

§. 6.

UBi locantur Duces? Imperator inter Principes & Triarios ante aquilas ſtetit. Itaque & Salluſtius de Catilina: *Ipſe cum libertis propter aquilam adſiſtit.* Cum libertis, quos fidos habebat & ad ſui cuſtodiam; ſicut

Imperator Ablectos apud ſe & quoſdam Evocatos, Etſi pro arbitrio tamen,mutaſſe & ſumſiſſe eum locum ſæpe non ſit negandum. Cæſar Lib. II. c. 15. in prælio cum Nerviis commiſſo, ubi ſuos urgerii & rem,eſſe in anguſto vidit; *Scuto ab noviſſimis uni militi detracto, (quod ipſe eo fine ſcuto venerat) in primam aciem proceſſit, centurionibusque nominatim appellatis reliquos cohortatus milites, ſigna inferre & manipulos laxare juſſit.*

Juxta Imperatorem ſteterunt Legati & Tribuni niſi tamen Legati curarent & præpoſiti eſſent certæ alicui legioni aut cornu, quod ſæpe accidit. Tunc enim in medio ejus,loco Imperatoris agebant. Quod idem aliquando in Tribunis,ut huic aut illi parti præficerentur. Sed vulgo credo a tergo Principum ſtetiſſe,quo ordine in caſtris, & juxta eos,ſociorum Præfectos. Tacitus Lib.III. Hiſt. indicat: *Ante aquilam Præfecti caſtrorum Tribunique & primi centurionum, ceteri juxta ſuam quisque centuriam.* Per primas Centurionum intelligit Primopilos & vult,Tribunos, Primopilos & Triariorum Centuriones ad aquilas ſuas ſtetiſſe. Quod ad Centuriones attinet, illi, ut modo dictum, juxta ſuam quisque centuriam, i.e. in capite ipſo ſtetit: a fronte Centuriones præiverunt & curarunt, ut optiones eorum a tergo. Argumentumque petitur a caſtris, ubi illi in manipulis primum locum & ſedem habent. Seneca de

Conſt

Conſt. Sip. c. ult. *Quo quisque genere honeſtior, fama, patrimonio eſt, hoc ſe fortius gerat, memor, in prima acie altos ordines ſtare.* Quæritur, in equis an pedibus pugnaverint Duces? Imperator ipſe plurimum in equo, Hirtius de Cæſare: *Equo circumvectus legionesque cohortatus, ſigno dato, acceſſum hoſtium aucupabatur.* Et hoc fine illi equi imperatorii, de quibus p. 103. dictum, ſequebantur. Ipſi tribuni ſæpe in equis pugnabant; Cæſ. Lib. VII. c. 10. B.G. *A Tribunis militum reliquisque equitibus Romanis atque Evocatis equos ſumit.* Quod an in omnibus Tribunis verum non conſtat; fortaſſe in iis tantum, qui equeſtris ordinis & loci erant. Plebeji autem ſteterint pedites inter ſuos. Sed de his Cæſar quoque capiendus Lib. I. Cæſar primum ſuo, deinde omnium e conſpectu remotis equis ut æquato periculo ſpem fugæ tolleret. Loquitur de Ducibus aliis & Tribunis.

§. 7.

GRegarius miles in manipulo ſuo non ſe locabat eo ordine & loco, quo quisque vellet, ſed cuique ſuus adſignatus erat locus, Vegetius Lib. I. c. 24. indicat: *Tirones ſecundum matriculæ ordinem in aciem dirigi.* Sed ambiguum, utrum ſecundum ordinem quo lecti & adſcripti, an potius matricula hæc fuerit ordinis a Centurione inſtituti,

οὐχ ὁμοίας εἶναι τὰς χειροποιήτους ἀσφαλείας ταῖς ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως ἐπὶ τῶν τόπων ὑπαρχούσαις ἀχυρότησιν. Διὸ καὶ κατά τε τὴν τῆς ὅλης παρεμβολῆς θέσιν πᾶν ἀναγκάζονται σχῆμα μεταλαμβάνειν, ἑπόμενοι τοῖς τόποις, τά τε μέρη μεταλάττειν ἄλλοτε πρὸς ἄλλους τόπους. Ἐξ ὧν ἀνάστατον ὑπάρχειν συμβαίνει καὶ τὸν κατ' ἰδίαν, καὶ τὸν κατὰ μέρος ἑκάστῳ τόπον τῆς στρατοπεδείας. Ρωμαῖοι δὲ τὴν περὶ τὰς τάφρους ταλαιπωρίαν, καὶ τἄλλα τὰ παρεπόμενα τούτοις ὑπομένειν αἱροῦνται χάριν τῆς εὐχερείας, καὶ τοῦ γνώριμον καὶ μίαν ἔχειν καὶ τὴν αὐτὴν ἀεὶ παρεμβολήν. Τὰ μὲν οὖν ὁλοσχερέστερα μέρη τῆς περὶ τὰ στρατόπεδα θεωρίας, καὶ μάλιστα περὶ τὰς παρεμβολὰς, ταῦτ' ἐστίν.

ſitus & natura exhibet. Propterea cum in univerſorum caſtrorum poſitione coguntur quamlibet figuram aſſumere, locis obſequentes; tum partes quoque ipſas commutare aliter atque aliter pro ſitu. Unde evenit, ut in metandis caſtris nemo certus ſit de loco aut ſuo privatim aut ordinis ſui. Romani autem & ducendæ foſſæ laborem & alias id genus vexationes ſuſtinent, facilitatis cauſa, & ut nota atque unica eademque ſemper caſtrametatione utantur. Quod igitur ad tractationem de legionibus Romanis attinet, maxime autem ad rationem ponendorum, caſtrorum ſummatim hæc dicta ſunto.

Cap.

CAP. [illegible]

De Diſpoſitione Aciei & commun. ordine, tum de viis & intervallis, ut & de iis rebus, quibus miles ad dimicandu accenditur.

§.

VBi his ordinibus exercitus inſtructus eſſet Haſtati omnium primi pugnam inibant. Si Haſtati profligare hoſtem non poſſent, pede preſſo eos retrocedentes in intervalla ordinum Principes recipiebant. Tum Principum pugna erat. Haſtati ſequebantur. Triarii ſub vexillis conſidebant ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, haſtas ſub erecta cuſpide in terra fixas, haud ſecus quam vallo ſepta inhorreret acies, tenentes. Si apud Principes quoque haud ſatis proſpere pugnatum eſſet, a prima acie ad Triarios ſenſim referebantur. Inde rem ad Triarios rediiſſe, cum laboratur, proverbio increbuit. Triarii conſurgentes, ubi in intervallo ordinum ſuorum Principes & Haſtatos recepiſſent, ex templo compreſſis ordinibus velut claudebant vias, unoque continenti agmine, jam nulla ſpe poſt relicta, in hoſtem incedebant. Id erat formi-

midoloſiſſimum hoſti, cum velut victos inſecuti, novam repente aciem exſurgentem, auctam numero cernebant.

Commentatio.

HÆc verba extant Lib. VIII. Livii, qui vicariam hic operam præſtare jubetur Polybio, in hac tractatione Diſpoſitionem Aciei ſicco pede transeunti, etſi alibi hanc rem leviter tangat.

Haſtati omnium primi pugnam inibant) non univerſe verum eſt; ſed ex ſtataria & gravi acie duntaxat Haſtati primi omnium pugnam iniere. Nam Velites aut leves milites certe ante eos pugnare ſoliti ſunt; & ſic per gradus virium pugna procedebat. Ab infirmioribus paulatim ad magis firmos firmosque ventum. Nimirum Velites initium pugnæ faciebant, ſequebantur Haſtati, hos Principes, quos Triarii excipiebant. Hunc ordinem ſive diſpoſitionem exprimunt Appianus & Polybius in pugna cum Syphace & Asdrubale: πρῶτον (ſunt verba Polybii) μὲν τὰς τῶν Ἀστάτων σημαίας, ἐπὶ δὲ ταύτας τῶν πριγκίπων, τελευταίας δὲ τῶν Τριαρίων: *primum quidem Haſtatorum ſigna, poſt iſta Principum, extrema vero Triariorum;* atque addit, factum id a Scipione κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος: *juxta morem Romanorum.* Hic ordo perpetuus erat & inviolabilis veteribus in diſponenda acie obſervatur. Ubi aliter in Livio legimus, lectio eſt vel ſuſpecta vel falſa. Vegetius quidem etiam aliter ac priſci genera militum ordinat Lib. I. c. 20. *In prima acie, inquit, pugnantes Principes, in ſecunda Haſtati, in tertia Triarii vocabantur.* Sed ne hæc quenquam turbent, ſciendum, Vegetium deſcribere ritum, qui ſub Trajano aut Hadriano cœpit, qui multa in militia immutarunt. Olim non erat ſic.

Eos

Eos retrocedentes in intervalla ordinum Principes recipiebant) Haſtati, ut modo diximus, primi e gravi armatura pugnabant; qui ſi pellerentur, aut non pellerent hoſtem, retrocedebant in intervalla ordinum, & Principes excipiebant. In hac re ars omnis & arcanum, ut ſic dicam, militiæ Romanæ: habere vias inter manipulos, claudere & aperire eas, prout viſum. Huic invento, non fallor, omnes eorum victorias liceat fere tribuere. Appellat hic intervalla ordinum; alias, Vias, ut: *Vias patentes inter manipulos anteſignanorum.* In hoc ipſo textu, quem libamus: veluti claudebant vias. Græci διαχώρους vocant. Suidas: διαχώρους, τὰ διαστήματα τῶν λόχων. Hæc intervalla duplicia fuerunt, inter Genera & inter Manipulos. Inter Genera transverſa erant, poſt unumquodque militum corpus, ut poſt Haſtatos, ſpatio relicto, Principes ſequebantur. Iterum ſpatio poſt illos, Triarii. Ergo transverſa illa intervalla duntaxat bina. Alia inter Manipulos, directa ſpatia aut viæ, & quæ in uno ipſo Genere Manipulum a Manipulo diſcernebant. Hæc in denis Manipulis neceſſario novem erant. Quanta autem ſingula fuerint, nullibi legimus; ſed credo, pro loci ſpatio, pro copiarum numero & ducis arbitrio variaſſe. Tamen illa intervalla transverſa fuiſſe grandiuſcula, hariolamur ex Polybio notante, Hannibalem in pugna Africana tertiam Aciem (ita diviſerat Romano exemplo) plus ſtadio a ſecunda removiſſe. Etſi hoc de Romanis non conſtet, tamen veriſimile eſt, eos aciem eodem diſpoſuiſſe modo, quo uſi ſunt in caſtris ponendis. Ibi ergo prima via transverſa Quintana, quinquaginta pedum eſt: altera Principalis ſive Principiorum, pedum centum. Vix dubium, quin tale in acie obſervatum fuerit, & Principes ab Haſtatis quinquaginta circiter pedes remoti, Triarii ab illis centum. Nam hic Prætor erat, & Signa, & Principiorum ipſa forma: opus igitur erat intervallo ſatis capaci ad procedendum aut recedendum, ne agmina miſcerentur.

In directis autem viis alia obtinuit ratio. Si Velites, ut ſæpe fiebat, interjecti ſunt, latiuſculas fuiſſe oportuit, pedum nimirum XX. aut XXX. ſi non, fuerint ſane pedum X. Id quoque pro numero legionum aliter; & ubi hæ multæ; ac quod ſequitur, manipuli, ſpatia non potuere eſſe magna; imo fortaſſe Cæſaris & inferiorum ævo, cum jam non binæ, ſed quaternæ, octavæ, denæ legiones pugnarent, diviſio & intervalla facta non per manipulos, ſed per cohortes.

Uſus autem iſtarum Viarum magnus, & quem Livius hic proponit. In pugna, etſi diviſi ordinibus, tamen unum omnes corpus ſtatim fiebant, cum opus; & per vias iſtas jungebant ſe, disjungebantque. Hac ita exempli gratia factum. Haſtati urgentur ab hoſte, imperator vult Principes ſuccedere, & eos recipere, ſtatim id fiebat, beneficio viarum. Recedebant enim Manipuli Haſtatorum ſinguli, & averſi leviter vias Principum ingrediebantur, quas ii laxabant, & ipſi quoque leviter procedebant. Tum aut retinebant apud ſe Haſtatos, duplicato Agmine; aut plane feſſos retro ſe locabant in grandiore intervallo, ordinibus ſemper (longus uſus id faciebat) ſervatis. Idem in Triariis, ſi Principes minus feliciter pugnantes reciperent. Singula Genera vias ſuas dimenſas habuere; ſed non per alia genera penetrantes. Manipuli Principum claudebant a tergo Viam Haſtatorum, & liberum per eam proſpectum aut excurſum habebant: itemque Triarii per iſtorum. In quincuncem igitur diſpoſitio iſta manipulorum fuit, vide Fig.

Hæc obſervatio debetur Lipſio, quæ mihi per omnia probatur, niſi de eo dubitem, an illa intervalla ſive Viæ directæ, quæ Manipulos ſecernebant, & quas contendit fuiſſe XX. vet XXX. pedum, ſat amplæ fuerint recipiendis manipulis iis, qui ab hoſte urgebantur. Sane unus manipulus, ut ſupra vidimus, centum amplius conti-

tinuit milites, & ſi cuique ſpatiolum duorum tantum pedum demus, illud intervallum XX vel XXX. pedum videtur multo anguſtius, quam quod recipiendo uni manipulo ſufficit.

Ceterum Polybius hunc ordinem in quincuncem diſpoſitum & in Romana militia tum temporis uſitatum, commemorat in pugna Africana: Ὁ μὲν Πόπλιος ἔθηκε τὰς τάξεις τῶν ἰδίων δυνάμεων τρόπον τοῦτον· Πρῶτον μὲν τοὺς Ἀστάτους καὶ τὰς τούτων σημαίας ἐν διαστήμασιν· Ἐπὶ δὲ τούτοις τοὺς πρίγκιπας, τιθεὶς τὰς σπείρας οὐ κατὰ τὸ μὲν πρώτων σημαιῶν διάστημα, καθάπερ ἔθος ἐστὶ τοῖς Ῥωμαίοις, ἀλλὰ κατ' ἀλλήλας ἐν ἀποστάσει, διὰ τὸ πλῆθος τῶν κατὰ τοῖς ἐναντίοις ἐλεφάντων· *Publius ordines copiarum ſuarum ſic inſtruxit. Primum Haſtatos eorumque manipulos per intervalla; poſt illos, Principes, ſtatuens manipulos non ad priorum manipulorum intervallum, (uti mos eſt Romanis) ſed alios poſt alios recto abſceſſu idque ob multitudinem hoſtilium elephantum.* Publius, inquit, in hac pugna non ſervavit communem receptumque Romanis morem in manipulis collocandis. Neque enim manipulos ad intervalla & vias oppoſuit, ſed ipſos ſibi a tergo adnexuit, ut viæ directæ per omnia Genera ſine obſtaculo penetrarent. Quia hoſtium elephanti timebantur, viſum pro bono, locum iis dari per medias acies, & ſine confuſione manipulorum agi ad extrema. Si enim manipuli recepto more diſpoſiti fuiſſent, neceſſario incurriſſent elephanti in Principes objectos. Igitur in vulgari diſpotione cohortes non ſteterant rectæ, nec ſigna ſignis reſponderant, quod facile apparet,

ſi tres quosque manipulos jungis,  & ex illis cohortem efficis. At erant rectæ in hac Publii 

Ha-

bii ævo in bello fuit, in prima acie aut viarum intervallis collocabantur; ſed *Velites veteres*, de quibus hic loquimur, in extrema acie poſt Triarios pugnabant. Haſtati ergo pugnam orſi ſunt; Principes ſequebantur; tum Rorarii procurrebant inter antepilanos (ita Livius) & addebant vires Haſtatis & Principibus. Procurrebant, inquam, per vias illas & intervalla. De Accenſis, addit, defeſſis jam aliis, ab noviſſima acie procedere ante ſigna juſſos: quod neceſſe erat; pugnabant enim fundis, jaculis, telis', quæ eminus mitterentur. Et Dionyſius tradit Lib. IV. hunc ordinem a Servio inſtitutum. Nam de prima Claſſe cum cenſum & arma edidiſſet, ſubjunxit. Χώραν δὲ κατεῖχεν ἐν τοῖς πολέμοις τὴν προαγωνιζομένην τῆς φάλαγγος ὅλης: *locum vero in bellis babuit primum, & ante reliquam totam copiam.* Iterum de Secunda: ἐκοσμεῖτο ἐν τοῖς ἀγῶσι μετὰ τοὺς προμάχους: *Ordinabatur in acie poſt primos pugnatores.* De Tertia pariter: Χώρα καὶ στάσις τούτων ἐν ταῖς μάχαις μετὰ τοὺς ἐφεστῶτας τοῖς προμάχοις: *locus borum & ſtatio in pugnis juxta eos, qui poſt Principes.* De quarta denique, στάσιν ἔχει ἐν τοῖς ἀγῶσι τὴν ὑστάτην: *locum in certaminibus ultimum babet.* Quid ergo Quinta Dionyſii? τούτους, inquit, ἔξω τάξεως ἔταξε στρατεύεσθαι: *bos extra ordinem juſſit militare.* Ergo Servii inſtituto, ditiſſimi quique in prima acie; ſequebantur ordine opum alii, & in extremo denique ii vilio-

liores & pauperes, & qui levibus telis pugnabant. Sed qui fuerant illi extra ordinem, Quintani? Accenſi ex Livio, & qui juſtus etiam miles non erat. Olim ſic. Poſtea cum optimos ditiſſimosque noluiſſent, maximo exponere periculo, in prima acie objectos velites a Triariis removerunt, eosque interdum ante omnia ſigna & in fronte collocarunt, ut pugna Manlii in Gallogræcos, apud Liv. Lib. XXXIIX. *Ante ſigna modico intervallo Velites erant.* Interdum miſcebantur manipulis, aut potius ſparſi ſunt per vias ſupra dictas, ut iterum Livius Lib. XXX. in pugna Africana: *Vias patentes inter manipulos Anteſignanorum Velitibus complet.* Denique non in Viis ſparſi, ſed in cornibus poſiti junctim; ut pugna Cannenſi Appianus: μέρος ἕκαστον αὐτῶν εἶχε τοὺς πεζοὺς ἐν μέσῳ, τοὺς δὲ ψιλοὺς καὶ ἱππέας ἑκατέρωθεν: *Quæque pars babebat pedites (graviores) in medio, Leves & Equites utrimque in cornibus.* Hanc diſpoſitionem ut ſolennem Vegetius recipit. Funditores, inquit, & Sagittarii præcipue in cornibus locabantur, a quibus pugnandi ſumebatur exordium.

§. 3.

EQues dupliciter locatus reperitur. Primo in cornibus, ita ut legiones ſociosque haberet medios. Quæ ordinaria erat poſi-

ſitio, & exempla adduci neceſſe non eſt. Altera locatio erat, ut a tergo interdum ponerent eum, ſpatiis relictis, inter manipulos aut legiones, qua poſſent cum impetu emitti. Id fiebat fallendo hoſti. Livius Lib. X. *Dictator reliquerat intervalla inter ordines peditum, qua ſatis laxo ſpatio equi emitti poſſent.* Idem Lib. XXIX. *Hiſpani inter cornua & mediam aciem intervalla patentia ſatis late fecerunt, qua equitatum, ubi tempus eſſet, emitterent.* Et Romani more ſuo exercitum cum inſtruxiſſent, id modo hoſtium imitati ſunt, ut inter legiones & ipſi patentes equiti relinquerent vias.

§. 4.

SOcii ſtetere plerumque in cornibus & ad latera legionum, ipſi diviſi in cohortes, fortaſſe & Manipulos, ut Legiones: Livius Lib. XXXVIII. *Romani mediam aciem, Latini cornua tenuerunt.* Atque hinc eſt, quod ipſas Alas ſive agmina Sociorum Cornua appellata Polybius ſcribit. Sed quid? cum nulla media acies, & duo tantum Cornua fuerunt? tum exteriores cujusque cornu partes Socii tenebant. Atque hoc fiebat plurimum. Alias etiam in fronte aut aliter ſocios collocatos legimus, pro ratione loci & uſus. Livius Lib. XXXI. *Dextra Ala in prima acie locata eſt, in ſubſidiis duæ legiones. Idem de Equitibus.*

§. 5.

§. 5.

CUique Manipulo ſuum ſignum fuiſſe, Legioni autem communem Aquilam, jam ſupra Cap. III. oſtendimus. Hic quæritur de loco, ubi ſteterint. Manipulorum ſigna in ſuo quæque Manipulo fuiſſe, ratio & exempla dicunt. Livius Lib. XXXVII. *Haſtatorum prima ſigna, deinde Principum erant, Triarii poſtremos claudebant.* Itaque ut a timore profectum Cæſar notat Lib. II. cap. 25. B. G. *quod ſignis in unum locum collocatis, duodecimæ legionis milites confeſſi, ſibi ipſis ad pugnam eſſent impedimento.* Ergo ſparſa fuere Signa & diſpoſita. Sed quæritur, utrum in fronte manipuli, an ejus medio? De fronte loqui videtur Livius Lib. X. *Dictator ſigna efferri ac ſequi armatos jubet.* Cæſar in ipſa acie. *Signa inferre & manipulos laxare juſſit.* Statius de nimia militum feſtinatione, ut ante irent, ita dicit:

— — retro vexilla, tubæque
Poſt tergum & litui bellum invenere ſecuti.

Ex his intelligimus, Signa in fronte locata, & ex Statio ſimul elicimus, tubas lituosque inter primos fuiſſe. Atque hoc in agmine & itinere ſic fuiſſe, nihil ambigam, nonnihil in acie. Ubi ſine dubio vallum aliquod virorum

rum objectum, ne ſic nuda & hoſti expoſita eſſent. Atque ii ſunt, quos Anteſignanos appellarunt Quæ vox tamen plerumque de toto agmine primo invaluit, & ipſi Haſtati videntur ſic dicti; non quia ante omnia ſigna (ſua enim habebant) ſed quia ante præcipua eſſent, Aquilam & Triariorum, quæ legionis & cohortium prima erant. Hos Græci *προμάχους τῶν σημείων* vertunt, Propugnatores ſignorum, & *προτάκτας*, Præpoſitos, a loco. Livius Lib. XXII. de iis: *Pugna orta eſt, non illa ordinata per Haſtatos, Principesque & Triarios; nec ut pro ſignis Anteſignanus, poſt ſigna alia pugnaret acies.* Ex quo loco dixeris, ſigna præcipua & plurima in ſecunda acie ſtetiſſe, adeoque Anteſignanos, ſubſignanos & Poſtſignanos fuiſſe. Ergo hoc ſenſu Anteſignani ſunt Haſtati, Principes Subſignani & Triarii Poſtſignani; quare autem Triarii vocentur aut vocari debeant Poſtſignani, cum & illis ſua ſint, non ſatis liquet, niſi dixeris, in acie ea in unam Principum partem eſſe translata.

§. 6.

UBi locantur Duces? Imperator inter Principes & Triarios ante aquilas ſtetit. Itaque & Salluſtius de Catilina: *Ipſe cum libertis propter aquilam adſiſtit.* Cum libertis, quos fidos habebat & ad ſui cuſtodiam; ſicut

 Im-

Imperator Ablectos apud ſe & quosdam Evocatos. Etſi pro arbitrio tamen mutaſſe & ſumſiſſe eum locum ſæpe non ſit negandum. Cæſar Lib. II. c. 15. in prælio cum Nerviis commiſſo, ubi ſuos urgerii & rem eſſe in anguſto vidit; *Scuto ab noviſſimis uni militi detracto, (quod ipſe eo fine ſcuto venerat) in primam aciem proceſſit, centurionibusque nominatim appellatis reliquos cohortatus milites, ſigna inferre & manipulos laxare juſſit.*

Juxta Imperatorem ſteterunt Legati & Tribuni niſi tamen Legati curarent & præpoſiti eſſent certæ alicui legioni aut cornu, quod ſæpe accidit. Tunc enim in medio ejus, loco Imperatoris agebant. Quod idem aliquando in Tribunis, ut huic aut illi parti præficerentur. Sed vulgo credo à tergo Principum ſtetiſſe, quo ordine in caſtris, & juxta eos, ſociorum Præfectos. Tacitus Lib. III. Hiſt. indicat: *Ante aquilam Præfecti caſtrorum Tribunique & primi centurionum, ceteri juxta ſuam quisque centuriam.* Per primas Centurionum intelligit Primopilos & vult, Tribunos, Primopilos & Triariorum Centuriones ad aquilas ſuas ſtetiſſe. Quod ad Centuriones attinet, illi, ut modo dictum, juxta ſuam quisque centuriam, i. e. in capite ipſo ſtetit: a fronte Centuriones præiverunt & curarunt, ut optiones eorum a tergo. Argumentumque petitur a caſtris, ubi illi in manipulis primum locum & ſedem habent. Seneca de

Conſt

Conſt. Sip. c. ult. *Quo quisque genere honeſtior, famæ, patrimonio eſt, hoc ſe fortius gerat, memor, in prima acie altos ordines ſtare.* Quæritur, in equis an pedibus pugnaverint Duces? Imperator ipſe plurimum in equo, Hirtius de Cæſare: *Equo circumvectus legionesque cohortatus, ſigno dato, acceſſum hoſtium occupabatur.* Et hoc fine illi equi imperatorii, de quibus p. 103. dictum, ſequebantur. Ipſi tribuni ſæpe in equis pugnabant; Cæſ. Lib. VII. c. 10. B. G. *A Tribunis militum reliquisque equitibus Romanis atque Evocatis equos ſumit.* Quod an in omnibus Tribunis verum, non conſtat; fortaſſe in iis tantum, qui equeſtris ordinis & loci erant. Plebeji autem ſteterint pedites inter ſuos. Sed de his Cæſar quoque capiendus Lib. I. Cæſar primum ſuo, deinde omnium e conſpectu remotis equis ut æquato periculo ſpem fugæ tolleret. Loquitur de Ducibus aliis & Tribunis.

§. 7.

GRegarius miles in manipulo ſuo non ſe locabat eo ordine & loco, quo quisque vellet, ſed cuique ſuus adſignatus erat locus, Vegetius Lib. I. c. 24. indicat: *Tirones ſecundum matriculæ ordinem in aciem dirigi.* Sed ambiguum, utrum ſecundum ordinem quo lecti & adſcripti, an potius matricula hæc fuerit ordinis a Centurione inſtituti,

Centurio ſuos ſine dubio juxta vires & pro judicio locavit, & certum cuique locum, quem in acie & agmine teneret adſignavit. Hinc Livius Lib. IX. *Sed ſigna undique coibant, & notis ordinibus in veteri diſciplina militiæ, jam ſine precepto ullius ſua ſponte ſtruebant aciem:* nimirum noviſſe qniſque ordinem & locum non potuit, niſi ſuus certus cuique præſcriptus fuiſſet. Eadem cautio apud Græcos obtinuit. Cornelius Nepos in Iphic. c. 2. in eam conſuetudinem adduxit (ſuas copias) ut cum prælii ſignum ab Imperatore eſſet datum, ſine ducis opera ſic ordinatæ conſiſterent, ut ſinguli a peritiſſimo Imperatore diſpoſiti viderentur. Suos ordines pertinaciter ſervabant, hunc in finem ſedulo exercebantur tirones, tradente Livio Lib. IX. *ut aſſueſcerent ſigna ſequi, & in acie ordines ſuos agnoſcere.* Quo nomine laudat Curtius Macedonas Lib. III. *Ipſi phalangem vocant peditum ſtabile agmen; vir viro, arma armis conſerta ſunt, ad nutum monentis intenti, ſequi ſigna, ordines ſervare didicere. Quod imperatur, omnes exaudiunt, obſiſtere, circuire, diſcurrere in cornu, mutare pugnam, non duces magis, quam milites callent.*

Qui ordinem in acie & agmine deſeruit, pœna adficiebatur. Livius de Scipione Numantino. Quem militem extra ordinem deprehendiſſet, ſi Romanus erat, vitibus, ſi extraneus,

neus, fuſtibus cecidit. Imo deſertoribus pœna mortis ſtatuta fuit: Joſephus Lib. V. Excid. Οἱ νόμοι δὲ ἀεὶ καὶ τοὺς βραχύ τι τῆς τάξεως παρακινήσαντας θανάτῳ κολάζουσι: *Leges Romanæ eum ſemper, qui vel leviter ordine exceſſerit, morte puniunt.* Tacitus III. Annal. *Qui ſigna reliquerat, ſtatim capite pœnas luebat.* Quis autem deſertor habitus ſit, dicit Appianus in Pun. τοῦ νόμου λειποστράτιον ἐν τοῖς πολέμοις ἡγουμένου τὸν ἀποχωροῦντα πορρωτέρω σάλπιγγος ἀκοῆς: *Lege deſertorem habente, qui longius, quam unde tuba audiri poſſet, exceſſiſſet.* Græci eos ignominia notabant: Demoſth. in Or. de Rhodior. libert. ὑμεῖς τὸν λείποντα τὴν ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ τάξιν ταχθεῖσαν, ἄτιμον οἴεσθε προσήκειν εἶναι καὶ μηδενὸς τῶν κοινῶν μετέχειν. *Vos eum, qui adſignatum a duce ordinem deſeruerit infamem judicatis eſſe debere, nec ullam reip partem attingere.*

§. 8.

ACiem Romani aut duplicem aut triplicem inſtruxerant. *Duplex* eſt, cum tota Acies in cornua duo ſecta, Dextrum & Siniſtrum. Ea ſæpiſſime obtinuit in exercitu Conſulari, cum duæ legiones diſpoſitæ, & ſingulis ſua auxilia adjuncta eſſent. Poliænus quidem eam refert ad Pana auctorem Lib. I Strat. Διονύσου, inquit, στρατηγὸς ἦν ὁ Πᾶν, οὗ

τὸς πρῶτος τάξιν εὗρεν, ὠνόμασε φάλαγγα, κέρας ἔταξε δεξιὸν καὶ λαιόν. ταύτῃ τοι ἄρα κερασφόρον τὸν Πᾶνα δημιουργοῦσι. *Dionyſii ſive Bacchi Dux fuit in militia Pan. Is primum reperit ordinem, nominavit Phalangem, cornu inſtituit dextrum & lævum. Ex quo etiam cornutum vulgo defingunt Pana. Acies triplex* eſt, cum præter cornua, alia etiam media exſurgit. Id quod ſæpe accidit: non ſolum ubi plures legiones, & cum duæ: iſtis ſcilicet in medio poſitis, ſociis ad utrumque cornu. Præterea alia ratio duplicis triplicisque aciei fuit: cum præter ſimplicem illam diviſionem, a tergo etiam ſectio & diſcrimen. Ut ſi quatuor legiones habeam, duas in fronte cum Sociis ſuis pono, totidem a tergo, velut in ſubſidiis ſuppono. Idem in duabus quoque factum, & aut ala utraque Sociorum (ſive cornu mavis) præpoſita ſubjunctis legionibus, aut contra. Livius Lib. XXX. Prætoris legiones in prima acie fuerunt. Cornelius ſuas in ſubſidiis tenuit. Alibi: In primam aciem ſuas legiones Sempronius induxit, in ſubſidiis locatæ P. Licinii legiones. Has autem ſecundarias aut tertiarias legiones ſive copias, ſubſidia aut ſubſidiarias etiam vocabant. Salluſtius in Iug. Ibi commutatis ordinibus, in dextro latere, quod proximum hoſtibus erat, triplicibus ſubſidiis aciem inſtruxit.

§ 9.

§. 9.

HÆ præcipuæ ſunt & receptæ Romanis inſtructiones, quas tamen leviter variabant promovendo aut retrahendo. Plerumque enim æqualiter utroque cornu & ſimul concurrebant, quod Cato apud Feſtum dixit: *Recta fronte*: Tibullus: *æquatis frontibus*. De ea re Vegetius L. III. c. 20. Una depugnatio eſt fronte longa, quadrato exercitu, ſicut etiam nunc & prope ſemper ſolet prælium fieri. Altera depugnatio eſt *Obliqua*, cum cornu ante cornu promovetur. Hujus talis eſt modus, cum inſtructæ acies ad congreſſum veniunt, tunc tu ſiniſtram alam tuam (cornu intelligit, & mox ita vocat) a dextra adverſarii longius ſeparabis, ne vel miſſilia ad eam vel ſagittæ perveniant: dextram autem alam tuam ſiniſtræ illius alæ junge, & ibi primum inchoa prælium. Hac ratione Cæſar I. Gallic. cum Arioviſto pugnavit, & cum triplicem aciem inſtruxiſſet; tamen a cornu dextro (ejus verba ſunt) quod eam partem hoſtium minime firmam eſſe animadverterat, prælium commiſit. Tertium genus eſt, cum in triplici acie, tertiam ſive mediam amoves ab hoſte, & cornua modo immittis. Seneca de Vita beata c. 4. *Quemadmodum idem exercitus modo latius panditur, modo in anguſtum co-r-*

ſtatur, *& aut in cornua ſinuata media parte curvatur*, *aut recta fronte explicatur.* Quartum genus, huic adverſum, cum ſcilicet ipſa media acies prominet & incurrit prima in hoſtem. Græci ἐπικαμπὲς, flexum dicunt, ſic etiam κυρτὸν gibberum. Ælianus: ἐπικαμπὴς παράταξις, ἐπὰν τὰ μέσα τοῖς πολεμίοις προσπίπτῃ, τὰ δὲ κέρατα ἐκ τῶν ὀπίσω μερῶν ὄρθια ὑφ' ἑαυτὴν ἔχῃ τεταγμένα: Flexa inſtructio dicitur, cum media hoſtibus incidunt, cornua autem retro recta habet collocata.

§. 10.

SUperſunt aliæ Acierum formæ, quas ſtrictim & per Indicem dat Cato, & ex eo Feſtus: *Sive forte opus ſit Cuneo, aut Globo, aut Forcipe, aut Turribus, aut Serra, ut adoriare.* Nominat Cuneum primo. *Cuneus* denotat Hiſtoricis multitudinem conſertam. Ita Livius, Lib. XXXII. *Cuneum Macedonum phalangem ipſi vocant.* Curtius Lib. III. *Macedonum acies torva ſane & inculta, clypeis haſtisque immobiles cuneos & conſerta robora virorum tegit.* Idem Livius Lib. VIII. de manipulis vel cohortibus Latinorum: *Tanta cæde perrupere cuneos.* Cæſar Lib. VII. Gall. B. Hoſtes in foro & locis patentioribus cuneatim conſtiterunt. *Feſto autem hic denotat certam Aciei formam, quæ eſt, cum anguſta in fronte*

acies

acies, trigoni forma, paulatim ſe pandit. Igitur & *Trigonum* vocant. Item ἔμβολον ſive roſtrum Græci. Dixere & *caput porcinum.* Hæc omnia optime explicat Agathias Hiſtoricus apud Suidam, cujus verba Lib. II. ex Verſione Lipſii ita fluunt; *Erat* iis forma aciei velut in roſtrum. Literæ enim Δ adſimilabatur: anterior pars quà in acutum deſinebat, tecta & denſa erat, quia ſcutis undique muniebatur. Dixeris caput eos porci ſtructura ea efformaſſe. Crura autem utrinque ſecundum ordines & cohortes in profundum compoſita, & pleraque parte in obliquum extenſa, deibant paulatim & disjungebantur, donec in maximam latitudinem progreſſa deſinerent: ita ut medius locus relinqueretur vacuus, & terga militum nuda per ordinem conſpicerentur.

Secunda Forma *Globus*, quem Vegetius deſcribit & dici ait, *qui à ſua acie ſeparatus, vago ſuperventu incurſat inimicos.* Sed credo & figura globoſa & in rotundum fuiſſe.

Tertia Forceps, quæ in Agellio *Forfex*, dicitur; ſed Figura eadem eſt & dicitur, cum contraria Cuneo acies inſtruitur, latioribus primis & apertis, ac paulatim deſinentibus in anguſtum. Vegetius de ea: *Ex lectiſſimis militibus conſertis in V. literam hic ordo componitur, & illum cuneum excipit,*

 at-

atque ex utraque parte concludit. Ubi & uſum ejus videmus ad cuneum ſolvendum & atterendum.

Quarta *Turris*, Græcè πύργ☉. Heſychius explicat: τάξιν ὁπλιτῶν ἐν τετραγώνῳ: *ordinem militum in quadro.* Euſtachius in hoc Homeri Iliad. μ.

Οἱ δέ τε πυργηδὸν σφέας αὐτὰς ἀρτύναντες·

Aſt hi turritim ſeſe ipſos deinde locantes:

notat: πύργ☉ δὲ νῦν ἐρρέθη διάταξις στρατιωτικὴ τετραγωνοειδὴς, κατὰ πληθίον συντεταγμένη: *Turris nunc a Poëta dicta eſt inſtructio militaris, quadriformis, juxta laterculum poſita.* Turris igitur eſt in altum & profundum quadra inſtructio; Laterculus autem jacens & in latum inſtructio, ut voces & imagines indicant:

La-

Laterculus

Turris

Quinta Forma eſt *Serra*, de qua in Feſto: *Serra præliari dicitur, cum aſſiduo acceditur recediturque neque ullo conſiſtitur tempore.* Id fiebat, cum manipuli primæ aciei modo invadebant, modo reſiliebant, & reddebatur dentata quadam forma. Patuit & aliter, cum Velites ex intervallis manipulorum inſiliebant, & reſiliebant. Ita Paulus Æmilius pugna in Perſem: *Triplicem aciem cuneis (id eſt, manipulis) inſtruxit, inter quos ſubinde Velites emiſit. Quo genere cum profligari nihil videret, cedere inſtituit, ut duceret hoſtes in confragoſo.* Vide Iconiſmum Aciei.

§. II.

SEquuntur ea, quibus miles ad dimicandum accenditur, nimirum *Allocutio* Imperatoris, & quod eam ſequebatur, *Suffragium militare*, *Claſſicum*, *Clamor militum ſub pugnam*, *Signum pugnæ*. Conſueverant olim Im-

Imperatores, antequam prælium committerent, milites ſuos publice alloqui, eosque vel retinere aliquando nimis aut propere geſtientes, vel impellere tardantes aut timentes. Quam utile autem hoc inſtitutum fuerit, ſæpe cognitum eſt felici pugnæ exitu. Teſtantur id orationes Alexandri M., quas relatas in Curtio legimus; teſtantur id alloquia aliorum Imperatorum & Germanicorum & Romanorum, quæ Hiſtorici veteres literarum monumentis conſignarunt. Imperator autem ſæpe interequitans ordines, affatus eſt milites ſub ipſam pugnam; ſæpe in caſtris & ante egreſſum. Cæſar Lib, II. c. 21. *neceſſariis rebus imperatis, (cum in eo eſſet, ut confligeret cum Nerviis) ad cohortandos milites, quam in partem ſors obtulit, decurrit, & ad legionem decimam devenit. Milites non longiore oratione eſt cohortatus, quam uti ſuæ priſtinæ virtutis memoriam retinerent, neve perturbarentur animo, hoſtiumque impetum fortiter ſuſtinerent.* Dum Imperator in caſtris aut etiam in Campo interdum allocutus eſt milites, Allocutio fiebat in Tribunali, quod e ceſpite ſubito erigebant. Circa autem hunc ceſpitem ſive tribunal milites diſpoſiti non confuſe nec ut quisque occurrerat; ſed per manipulos & turmas. Signa autem anteſtabant, & juxta ea Centuriones & Duces: etſi Legati & Ttibuni fortaſſe

taſſe a lateribus illi aut tergo. En! Nummos, illam allocutionem repræſentantes Fig. Quam diſtinctius exhibet ſequens Fig.





§. 12.

HOc Imperatoris Alloquium miles approbavit, quod dicebatur *Suffragium militare*, aut improbavit, & utrumque per ſua ſigna. Veteri quidem ritu reperimus clamorem in aſſenſu & dextras ſubiatas, contra, fremitum aut mœſtam taciturnitatem. In Livio Lib. VII. *Omnia ea ingenti alacritate per clamorem militarem indicem omnium aſſenſus, agebantur.* Adſenſum præter clamorem indicabant Dextræ elatæ, Lucanus Lib. I.

— — *his cunctæ ſimul adſenſere cohortes,*

Eta

Elataſque alte, quæcunque ad bella vocaret,
Promiſere manus.

Tertium Aſſenſus genus extat *concuſſio armorum*, ſic ut haſtis ferirent ſcuta. Ammianús Lib. XX. *Hoc fiducia miles, haſtis feriendo clypeos, ſonitu adſurgens ingenti, uno propemodum ore dictis favebat & cœptis.* Quarto in eodem Scriptore Lib. XXIII. aſſenſum ſublatis ſcutis indicatum legimus. Concluſa oratione præliator miles exſultans, ſublatis altius ſcutis nihil periculoſum fore vel arduum clamitabat ſub Imperatore. Simili ritu antiqui Germani & Galli utebantur. Tacitus de Germanis V. Hiſt. de moribus Germ. *Si displicuit ſententia, fremitu aſpernantur; ſi placuit, frameas concutiunt.* Honoratiſſimum genus aſſenſus eſt, armis laudare. At de Gallis Cæſar VII. Gall. *Conclamat omnis multitudo, & ſuo more armis concrepat, quod facere in eo conſueverunt, cujus orationem approbant.*

§. 13.

IN exercitu multi fuerunt æneatores, & fortaſſe cuique manipulo aut turmæ ſui. Salluſtius de Mario: *Cohortium, turmarum, legionum tubicines ſimul omnes canere jubet. Claſſicum* igitur eſt, cum Signa omnia pariter ca-

canunt, & militem vocant incitantque ad pugnam. Vox ducta eſt a claſſe, quod ſono tali Claſſes olim ad concionem vocabantur. Quod in pugna quidem legitima fiebat omni inſtrumento & Cornuum & Tubarum. Fabius Lib. II. c. 18. *Quid autem aliud in noſtris legionibus cornua ac tubæ faciunt? quorum concentus quanto eſt vehementior, tanto Romana in bellis gloria ceteris præſtat.* Dio Lib. XLVII. Deinde *Tubicen unus utrinque inſonuit, & mox alii pariter inſonuerunt. Priores quidem ii, qui rotundo quodam loco conſtituti, tubis certum aliquid modulabantur; tum deinde omnes reliqui, qui animos iraſque militum acuebant & ad pugnam excitabant.* Obſervamus hic triplicem tubæ ſonum. Primum, unius & ſingularis; quiprimopili fortaſſe, haud longe ab Imperatore, ejusque nutu canere cœpit. Secundum, aliquot aliorum, qui in loco quodam orbiculato & editiore ſtabant, ad ſigna & aquilas; tertium omnium aliorum per cohortes per turmas, qui pariter jam claſſicum canebant. Nam duo priores ſoni non niſi expediendo militi deſtinabantur. Sed cum tertio omnes æneatores ſuccinebant, tunc erat verum claſſicum, quo hoſtem adoriri juſſus & ad pugnam accenſus eſt miles.

§. 14.

CLaſſicum excedit *clamor*, qui edebatur a militibus in ipſa imminente jam conjun-

ctio-

ctione & conflictu, ut eſſet incitatio pariter animi & virium atque hoſti terror. Vegetius Lib. III. cap. 18. *Clamor autem, quem Barritum vocat, non ante debet attolli, quam utraque acies ſe junxerit.* Vetus ſane hoc inſtitutum, & Cæſar Lib. III. Civ. ita memorat cum cauſis, ubi Pompeji conſilium damnat, qui id omiſerat: Neque fruſtra antiquitus inſtitutum eſt, ut ſigna undique concinerent, clamoremque univerſi tollerent, quibus rebus & hoſtes terreri, & ſuos incitari exiſtimaverunt. Quis vero ille clamor fuerit, non ſatis conſtat. Arbitrantur nonnulli, vocem aliquam confuſam, repetitam fuiſſe, nec quicquam ſignificantem: cujusmodi ſubiti & primi impetus eſſe ſolent, ſyllabæ potius quam verba. Facit apud Græcos quidem ipſa vox ἀλαλάζειν καὶ ἀλαλαγμὸς, aſſidua in iſta re, & quid aliud quam formata a ſyllaba illa repetita, Al Al? qua utebantur ſcilicet in provocando, in Suidæ collectaneis hoc aperte ſatis dicitur: οἱ προσίοντες εἰς πόλεμον τὸ ἐλελεῦ ἐφώνουν μετά τινος ἐμμελοῦς κινήσεως· *Euntes ad prælium illud Eleleu acclamabant, cum modulato quodam motu.*

ApudRomanos quid fuerit, ignoratur, niſi quod Baritum vel Barritum poſteriore ævo reperiamus, ſed Germanorum verbum. An quia ſyllaba illa repetita prior, ut hodie Germa-

manis quibusdam Har, Har? an à clamore ductum? Tacitus de moribus Germanorum. *Sunt illis (Germanis) hæc quoque carmina, quorum relatu, quem Baritum vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipſo cantu augurantur.* Affectatur præcipue aſperitas ſoni, & fractum murmur objectis ad os ſcutis, quo plenior & gravior vox repercuſſa intumeſcat. Hunc clamorem Scriptor aliquis apud Suidam dicit λυκηθμὸν, quaſi dicas, Lupinum ſonum, quo quis lupos ululantes imitatur, & illum tribuit Abaris. Hunc Germanorum Baritum Romani inferiores etiam adſumſere. Ammianus: *Et Romani quidem voce undique Martia concinentes, a minore ſolita ad majorem protolli, quam gentilitate appellant Baritum.*

Aſt Romani non ſolum hoc clamore uſi, ſed ſtrepitu etiam & concuſſione armorum. Polybius Lib. I. in pugna Reguli cum Xantippo: κατὰ τὰ παρ' αὐτοῖς ἔθη συνεψόφησαν τοῖς ὅπλοις καὶ συναλάζοντες ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς πολεμίους: *Ex more iis conſueto armis concrepuerunt, & una clamantes invaſerunt hoſtem.* I-

 dem

dem in pugna Scipionis cum Annibale, Lib. XII. *Ῥωμαῖοι κατὰ τὰ πάτρια συναλαλάξαντες καὶ συμψοφήσαντες τοῖς ξίφεσι τοὺς θυρεοὺς, προσέβαλον τοῖς ἐναντίοις*: *Romani, juxta morem patrium, clamore ſublato, & gladiis ad ſcuta concrepantes, invaſerunt oppoſitos.* Clamor apud eos tanti æſtimatus eſt, ut ex eo judicarent de eventu pugnæ. Livius Lib. IV. *Clamor indicium primum fuit, quo res inclinatura eſſet, exercitatior crebriorque ab hoſte (Volſco) ſublatus; ab Romanis diſſonus, impar, ſegnis, ſæpe iteratus, prodidit pavorem animorum.*

Itaque illo jam olim & aliæ uſæ ſunt gentes; idque Pane inventore, ut vult Polyænus. Is ſcribit Lib. I. Strat. cum Bacchus expeditione Indica in valle aliqua cava cum copiis eſſet, ex adverſo autem infinita hoſtium multitudo; nonnihil in animo pertimuiſſe: tum Pana ſuaſiſſe, ut noctu Dionyſii exercitus maximum clamorem tolleret, quem cum & petræ & valles exceptum referrent & augerent, hoſtes in fugam ſe dediſſe. Inde natum, ut terrores ejusmodi Panici appellentur. Imo vero Macedones & Perſæ etiam

iam uſi, de quibus ita Curtius Lib. III. *jam in conſpectu, ſed extra teli jactum, utraque acies erat, cum priores Perſæ inconditum & trucem ſuſtulere clamorem. Redditur & a Macedonibus major, exercitus impar numero, ſed jugis montium vaſtisque ſaltibus repercuſſus.* Adhuc hodie Turcæ & populi Aſiatici hunc clamorem ſervare dicuntur.

§. 15.

Reſtat *Signum pugnæ.* Ut Clamor auribus: ita ſignum oculis ſerviit & tempore Claſſicum præivit. Nam Romani cum decreverunt jam pugnare, Tunicam ruſſam in Prætorii faſtigia extendebant in haſta, ut eo ſigno miles moneretur, ut ſe pararet & arma caperet. Tum etiam, ut ſi qui diſperſi, convenirent. Plutarchus in Fabio: τὸ τῆς μάχης σημεῖον ἐξέθηκεν· ἔστι δὲ χιτὼν κόκκινος ὑπὲρ τῆς στρατηγικῆς σκηνῆς διατεινόμενος: *Pugnæ ſignum propoſuit; eſt autem Tunica coccinea ſuper tabernaculum extenſa.* Quod Plutarchus Tunicam coccineam, alii Vexillum appellant. Cæſar. II. Gall. B. *Cæſari uno tempore omnia erant agenda, Vexillum*

lum proponendum, *quod erat inſigne cum ad arma concurri oporteret.* Curtius facit alterius ſigni mentionem ad iter denuntiandum deſtinati, de Alexandro Lib. V. dicens, *qui cum Tubæ ſonus haud pariter ab omnibus exaudiretur*, *cum caſtra movenda eſſent*, *Perticam*, *quæ undique conſpici poſſet*, *ſupra prætorium ſtatuit*, *ex qua ſignum eminebat pariter omnibus conſpicuum.* Sed id quale fuerit, non dicit. Etiam Perſæ ad oppugnationem, ſi Ammiano Lib. XX. credimus, vocabantur ſigno per flammeum erecto vexillum.

Imperatores noſtri hodie initium pugnæ ſignificant murmure tormenti bellici ter exploſi mit 3. Stück-Schüſſen. Alterum Signum pugnæ eſt *vox* & *Teſſera.* Græcis σύνθημα dicitur, Germanis das Wort, oder die Loſung / quod datur in uno altero verbo ſuper ipſum pugnæ initium ab imperatore, ut eo ſymbolo commilitones inter ſe agnoſcantur, itemque hoſtes. Cujus uſus perit, cum hoſtis teſſeram cognitam exploratamque habet. De hoc Signo Cæſar capiendus Lib. II. B. G. pugna ſubitaria in Nervios:

Ca-

Cæſari omnia uno tempore erant agenda, vexillum proponendam, quod tempore erat inſigne cum ad arma concurri oporteret: ſignum tuba dandum, acies inſtruenda, milites cohortandi, ſignum dandum. Tria hic habemus *Signa*: *Vexillum*, *Claſſicum*, *Teſſeram*, de qua poſtrema niſi ultima verba capiamus, ſuperflua videntur. Hinc Virgilius Lib. VII.

Claſſica jamque ſonant: it bello teſſera ſignum.

